Michigan 1: 64

DE

BENJAMINI PRIOLI

VITA ET SCRIPTIS

LUGDUNI. — EX TYPIS PITRAT, VIA GENTIL, 4

DE

BENJAMINI PRIOLI

VITA ET SCRIPTIS

FACULTATI LITTERARUM PARISIENSI

THESIM PROPONEBAT

C. NORMAND

IN LYCEO LUGDUNENSI PROFESSOR

LUGDUNI

EX TYPIS PITRAT

VIA GENTIL, 4

1883

PRÆFATIO

Quod attinet ad originem vitamque ipsam et opera Benjamini Prioli Santonensis hactenus male compertum. Itaque de eo quidquid sit scriptum, in hoc libello, pro viribus nostris collegimus, ut ex tot et tam variis opinionibus certius et rectius judicium fieret : parva quidem res, fateor, non tamen admodum inutilis futura, quandoquidem B. Priolus non solum testis sed etiam actor, Fundæ deterrimis motibus, adfuerit et postea res a se aut ab aliis gestas per hunc temporis tractum in historia latine scripta narraverit. De Priolo citandum est inprimis Johannis Rhodii jesuitæ opus cui titulus sic inscribitur : « Johannes Rhodius *de vita Benjamini Prioli, equitis Veneti.* » Ad finem libelli: « Scribebat Johan. Rhodius Patavii Id. Octobr. 1663, » opus sane breve, quum vix in sex paginis includatur, meliore autem voluntate quam successu compositum. Rhodius enim, Prioli admiratione

nimia impulsus, ejus imaginem fictis coloribus fucatus est, ut ultra demonstrabitur : ideo cum summa prudentia legendus est. Sunt tamen apud eum quædam de persona ipsa Prioli, quæ nullo alio loco reperimus. Alii qui vitam B. Prioli in glossariis descripserunt, fere serviliter Rhodii in vestigiis institerunt, neque major his quam illi fides adhibenda. Baylium (Bayle) ante omnes advocabo : quippe qui articulum de Priolo, partim ex Rhodio, partim, quod pejus, ex Priori liberorum commentariis consuerit [1]. Quamobrem ita falsa sunt fere omnia quæ nobis de Priolo tradidit, ut Priolum ducis Rohannii scribam et inde apud ducem Longavillæum Condæumque principem, famulum simul ac speculatorem fuisse nescierit. (Cf. P. Bayle, *Dictionnaire historique et critique*, 5e édition, Bâle, 1738. Art. Priolo, p. 813 et suiv.) Idem de R. P. Nicerone (Nicéron) dicendum qui nil nos nisi falsa et inter se contraria docuit : (*Mémoires pour servir à l'histoire des hommes illustres dans la République des lettres, avec un catalogue raisonné de leurs ouvrages*, par le P. Nicéron, barnabite (Paris, 1738, t. XXXIX, p. 298 et suiv.) Neque aliter judicandum de Morerii glossario (*Grand Dictionnaire historique*, par Moréri, 1759, t. VIII, p. 572, art. Priolo), vel de ceteris nostræ ætatis glossariis qui Baylium, Niceronem aut Morerium, cæcorum more, secuti sunt. (*Biographie universelle*, *Nouvelle biographie générale*, par Lalanne, etc., *Bibliothèque historique de la France*.

1 *Histoire critique des journaux par* M. C... (Camusat) Amsterdam, 1734, t. I, p. 262. « Je suis surpris que M. Bayle qui a donné un article de Priolo ait eu la faiblesse de dresser l'article de cet historien sur les mémoires intéressés et suspects de ses enfants. » Hi commentarii nunquam in lucem editi fuerunt.

Ex aliis autem fontibus haurienda veritas : idcirco transeamus ad historias et commentarios quibus Priolina ætas redundavit : citabimus tantummodo in hac præfatione scripta in quibus de Priolo dictum est : primum : « *Mémoires et lettres de Henri, duc de Rohan sur la guerre de la Valteline* publiés par le baron de Zurlauben, 3 vol. Genève et Paris, 1758, » opus sane perfectum multisque litteris adauctum quibus sæpissime de Priolo fit mentio[1] : dein « *Histoire de Louis XIII* par le P. Griffet, Paris, 1758[2] », « *Lettres, instructions diplomatiques et papiers d'État du cardinal de Richelieu recueillis et publiés* par M. Avenel, Paris, 1863, t. V, p. 762 et suiv. » Quod spectat ad vitamPrioli, post obitum Rohannii ducis, præsto nobis sunt codices Mazarini, in bibliotheca quondam regia Parisiis nunc servati, ubi de Priolo cardinalis hic et illic sparsa quædam scripsit. Quæ Cheruel partim publicavit : « *Revue historique*, 2e année, t. IV, mai-juin 1877. *Histoire de France pendant la minorité de Louis XIV*, Paris, 1879, t. III, appendice I, p. 389. » Nos quoque, ut infra videbitur, ex his codicibus nonnulla, nondum in lucem edita, excerpsimus. Præterea usi sumus libro quodam, italice scripto et adhuc pæne incognitis rebus de Mazarino et Fundæ insidiis referto,

[1] Cf. *Causeries du Lundi*, par Sainte-Beuve, t. XII, 3e édition, Paris, 1876, p. 345. « C'est ce M. de Zur-Lauben de qui Mlle de Lussan disait « que c'était une bibliothèque immense dont le bibliothécaire était un sot ; » « son édition d'ailleurs est faite avec beaucoup de soin et contient en trois volumes toutes les lettres, dépêches et pièces originales. »

[2] Cf. *Causeries du Lundi*, t. XII, p. 344. « Le père Griffet, auteur d'une si estimable histoire de Louis XIII où l'on trouve tant de choses singulières et curieuses que de plus bruyants et de plus habiles se sont mis à découvrir depuis. »

scilicet : « *Historia delle Revolutioni di Francia, con la continuatione della guerra tra le due corone del conte Gualdo Priorato,* » sans date ni indication du lieu d'impression, 1 vol. in-f°. Adde quoque aliud opus ejusdem scriptoris. « *Historia del ministerio del cardinale Mazzarino primo ministro della corona di Francia, descritta dal conte* Gualdo Priorato. Coloniæ, 1669 [1]. »

His duobus libris subjice alios commentarios quibus de Priolo vel semel actum est.

Mémoires de la duchesse de Nemours (coll. Petitot, t. XXXIV).

Mémoires de Mme de Motteville (coll. Petitot, t. XXXVII et XXXVIII).

Mémoires de M. de la Rochefoucauld (coll. Petitot, t. LI et LII).

Mémoires inédits de Louis Henri Loménie de Brienne, secrétaire d'État sous Louis XIV, publiés par F. Barrière, 1828.

[1] Comes Galeazzus Gualdus Prioratus, natus Vicentiæ circiter annum 1606 militiæ primum se dederat, vicissimque in Flandria, in Gallia, in Germania sub diversis ducibus et ultimo loco sub Waldstenio stipendia meritus erat: postquam autem, ætate in senium vergente, post tot itinera præliaque quietem quæsivit, ex milite factus est improviso historiarum scriptor. Incredibile est quantum in hoc novo vivendi genere fecundus operum fuerit et alacer: quot per juventutem regna viserat, fere, ut ita dicam, tot libros edidit inter quos citaverim. *Istoria delle guerre degli imperat. Ferd. II et Ferd. III successe dal 1630 à 1640.* Bologne, 1641, 3 vol. in-4. *Istoria della vita d'Alberto Walstein*, Lyon, 1643, in-4, etc., quod attinet ad gallicas illius historias, sciat se profecturum quisquis eas caute et prudenter legerit: in his enim reperire est multa de motibus Fundæ et innumeris Mazarini tractationibus quæ nusquam alias invenias. Ut exemplo utar, legitur apud Aubéry. (*Histoire du cardinal Mazarin*, t. II, l. v, p. 70) quæ sequuntur de captivitate principum. « On n'y (à l'arrestation des princes) apporta pas moins d'adresse que de secret, selon le témoignage de *Gualdo Priorato* que l'on croit avoir eu sur ce chef-là des mémoires et des instructions fort sûres. »

Oportet hos commentarios non confundi cum commentariis ab Henrico Augusto, comite Briennæ, scriptis.

Nonnulli quoque alii scriptores Prioli nomen citaverunt, ut :

Histoire de la Vie et actions de L. de Bourbon, prince de Condé, Cologne, 1694 (sans nom d'auteur), par la Brune.

Histoire du cardinal Mazarin, par M. Aubéry, avocat au Parlement et aux conseils du roi, Paris, 1698.

Mémoires du duc de Saint-Simon, éd. Boislisle, Paris, 1879, t. I, p. 183 et suiv.

Sorberiana, sive excerpta ex ore Samuelis Sorbière, Tolosæ, 1694.

Alia sunt opera quibus potius de scribendi ratione et stylo quam de vita ipsa Prioli disseritur :

Journal des Savants, année 1666, p. 93-94.

Wicquefort, l'*Ambassadeur*, t. I, p. 172.

Morhof, *Polyhistor, sive de notitia auctorum et rerum commentarii*, Lubeck, 1688, t. I, p. 176.

Histoire critique des Journaux, par M. C*** (Camusat), Amsterdam, 1734, t. I, p. 262.

Méthode pour étudier l'histoire, par l'abbé Lenglet-Dufresnoy, Paris, 1738, t. IV, p. 106.

Bibliothèque historique de la France, par Jacques Lelong, revue par F. de Fontette, 1769, t. II, p. 571, n° 23.862.

Multa quoque de Priolo docemur hinc historia ipsa in qua sese agentem loquentemque sæpissime induxit « *Benjamini Prioli ab excessu Ludovici XIII de rebus gallicis historiarum libri XII*. Carolopoli, 1665, in-8,

illinc epistolis quas collegit Tamizey de Larroque « *Archives historiques de la Saintonge et de l'Angoumois*, t. VIII, p. 365 ». *Lettres inédites de Benjamin Priolo, publiées par T. de Larroque*, Tours, 1877.

Eidem Tamizey de Larroque gratias quam maximas agimus quod nobis munifice largitus est opus dictum : « *Lettres de Chapelain*, t. II, passim, » nondum in publicum editas, in quibus non semel de Priolo tractatum est.

Denique, ad hæc omnia adjicere liceat epistolas quas ex bibliotheca dicta *Archives des Affaires étrangères*, extraximus, paucas quidem ; magni tamen momenti, quod ad nostrum opus attinet, habendas.

DE

BENJAMINI PRIOLI

VITA ET SCRIPTIS

CAPUT PRIMUM

IN QUO NARRATUR B. PRIOLI VITA AB INITIO USQUE AD ANNUM QUO OBIIT DUX ROHANNIUS, PRIOLI PATRONUS

I

Quæ fuerit B. Prioli origo, parùm liquet : de nomine etiam lis adhuc agitur. Alii, ut dux Rohannius in commentariis [1], eum appellant. « Prioleau » vocabulum fortassis italicum more gallico concludentes; quisquis scripsit Sorberiana vocat eum « Prauleau », quod nomen totum

[1] *Mémoires et lettres de Henri duc de Rohan sur la guerre de la Valteline*, publiées par le baron de Zurlauben, 3 vol., Genève et Paris, 1758, t. II, p. 270, 342, 344 et passim. Cf. aussi les *Lettres de Chapelain*, publiées par Tamizey de Larroque, t. II, lettres CXLIV, CXLV, CCCLXXV.

pervertit [1] : alii etiam contendunt eum revera appellatum esse « Priou » quod in Prioli nomen latine verterat [2]. Alia ex parte, Priolus modo sese, « Prioleau » modo, « Priolo » nominabat potiusque hoc quam illud epistolis subscribere solebat [3] : non aliter Mazarinus in codicibus utrâque appellatione utitur [4] : Mottavillæa autem in commentariis [5], Gualdus Prioratus in historiâ « Priolo [6] » scribunt. Res quidem non levis momenti habenda : spectat enim ad ipsam B. Prioli familiæ originem de qua, tempore ipsius Prioli, vehementissima lis agebatur : quippe gloriabatur noster nobilissimis atavis ex Venetia quondam ortis [7] : inimici contra eum ex parentibus gallicis et sine dubio humillimis diem duxisse et nominum similitudinis gratia majores ab illustrissima quâdam Venetorum gente esse furatum affirmabant. Quæ quum ita sint, videndum, si potis, quâ in parte steterit veritas. Rhodius et post Rhodium Baylius et Nicero qui eum fere in omnibus rebus

[1] *Sorberiana sive excerpta ex ore Samuelis Sorbière*, Tolosæ, 1694, p. 191.

[2] *Grand dictionnaire historique de Moreri*, édition 1759. Article Priolo « La Faille dit, dans ses additions aux *Annales de Toulouse*, t. II, que Priolo était d'Auvergne et que son véritable nom était Priou qu'il avait latinisé Priolus. »

[3] *Mémoires de Saint-Simon*, édition A. de Boislisle, 1879, t. I, p. 183, note 3. Il signait quelquefois à la française : Prioleau (*Musée des archives nationales*, nº 841). *Lettres inédites de Benjamin Priolo*, publiées par Ph. Tamizey de Larroque. Tours, 1877.

[4] *Carnets de Mazarin*, Bibl. nat. *fonds Baluze*, 174. *Carnet* 13, fº 13, rº. *Carnet* 10, p. 28 et 34, etc.

[5] *Mémoire de Madame de Motteville*, coll. Petitot XXXVIII, p. 439, cf. aussi *Mémoires inédits de Louis Henri de Loménie, comte de Brienne*, publiées par F. Barrière, 1828, t. II, p. 1 à 7.

[6] *Historia delle Revolutioni di Francia con la continuatione della guerra tra le due corone del co. Gualdo Prioralo* (sans date), l. IV, p. 78.

[7] *B. Prioli ab excessu Ludovici XIII de rebus gallicis Historiarum*, libri XII, Carolopoli 1665. Epistola serenissimo duci et augusto senatui reipublicæ Venetorum, passim. « O patria ! o vasti pelagi dominatrix ! agnosce tuum civem, vel solo nomine Prioli, tibi dilectum. »

secuti sunt, asseverant neque ficta neque commentitia fuisse quæ Priolus de se dictitabat et scribebat[1]. Narratur ab iis Antonium Priolum (Prioli vel Priuli) nepotem Laurentis et Hieronymi Priuli fratrum, ducum subinde Venetorum, venisse adhuc juvenem in Galliam, regnante Henrico secundo, cum Venetorum legato ex gente Loredana orto. Antonius autem, dum Parisiis vitam agebat, filiam nobilis cujusdam ex Santonensi agro orti qui lites in hâc urbe curabat vehementer dilexit et inde in nuptias duxit. Venetias postmodum regressus, a senatu et Priulina gente ita exceptus est ut fuerit exclusus omne in ævum cum posteris a muneribus et officiis reipublicæ, quia sine voluntate et consensu Venetorum regiminis uxorem alienigenam duxerat. Hinc exsul et in Galliam redux sedes suas in patria uxoris, in regione Santonum, posuit, apud divi Joannis Angelii urbem, de quâ Priolus noster dixit in historia « Urbecula est ad Botonam flumen non inamæna[2] ». Filius ejus primogenitus, nomine Marcus, pater fuit Juliani Prioli et idem Benjamini avus. Julianus, qui quater uxorem duxerat, fortunas suas bello civili et familiæ sumptibus dissipavit : ideo Benjaminus fere pauper natus est et postea quibuscumque viis, non semper forsitan honestis, opes restituere tentavit. Hic paulo hærendum, videndumque an fuerit Prioli familia

[1] Johannes Rhodius, *de vita Benjamini Prioli, equitis Veneti*, Patavii, 1663, *Dictionnaire historique et critique*, par P. Bayle. Bâle, 1738, 5e édit., p. 813 et suiv. article Priolo. — *Mémoires pour servir à l'histoire des hommes illustres dans la république des lettres avec un catalogue raisonné de leurs ouvrages*, par le R. P. Nicéron, barnabite, t. XXXIX, p. 298, Paris, 1738. Cf. aussi Moreéri, 1759, article Priolo, *Biographie universelle. Nouvelle biographie générale de Lalanne. Bibliothèque historique de la France. La France protestante*, de Haag, t. VIII, art. Prioleau, p. 333. *Biographie saintongeaise* de P. Rainguet (1851, p. 471, 472).

Quæ Rhodius Bayliusque de Priolo tradiderant, ab aliis fidelissime, fere iisdem verbis, dicta sunt.

[2] Priolus VI, p. 67.

vere ex stirpe Italica orta. Quod quidem diversis in locis operum aut epistolarum Priolus summâ vi affirmavit, sese equitem Venetum prædicans : testes sunt, ut uno exemplo utar, litteræ quædam ad Colbertum missæ quibus deprecabatur ut nobilissimam familiam e naufragio eriperet [1]. Testes quoque versus quos de se exaraverat, ut a Rhodio accepimus [2] :

> Priolides sic ora tulit: quæ clara parentum
> Fortuna abstulerat, reddidit ipse sibi.

Minimæ autem auctoritatis Priolus est, quando de se ipse loquitur : erat enim maxima superbia tumens, neque qui a mendacio vel impudentissimo abhorreret. Nequaquam, fateor, mihi placet hæc fabula Veneti juvenis patriam deserentis et per nimium puellæ amorem e splendore Venetæ nobilitatis in humillimam nescio cujus nobilis Santonensis conditionem relabentis. At enim fit sæpe ut propius fabulæ quam veritatis specie sit verum! Conceditur : mirandum tamen est quod nusquam nomen uxoris quam sibi Antonius Priolus adjunxisse dicitur, sive in Prioli scriptis, sive alias reperiatur. Scribit etiam in historiâ Priolus noster de Santonensi agro : « Hæc terra mihi atavis Venetis, iisque illustribus, *nescio quo casu*, primum tacta [3] .» Minime intelligo hæc verba : « *nescio quo casu* » si quidem ejus proavia ex hac regione

[1] Lettr. inéd. de B. Priolo. « Vous pouvés sauver une très noble famille du naufrage, et faire une œuvre méritoire envers Dieu en me procurant d'une façon ou d'autre les moyens de me soutenir, ne pouvant plus subsister du tout si vous m'abandonnés, » II, p. 4.

[2] *Rhodius, in vitæ Prioli epigrammate.* Cf. apud Baylium. « Priolo a marqué le nom de son père au bas de la taille-douce qu'il fit graver par le célèbre Pitau et qui fut mise au devant de son histoire de France. La suscription porte : « Benjaminus Priolus Santo. Juliani F. eques Venetus, rerum gallicarum scriptor florentissimus. » Editio qua in hoc libello usi sumus (Carolopoli, 1665) hâc effigie caret.

[3] Priolus, VI, p. 68.

originem duxerit. Diffidendum in hoc Baylio qui de Priolo, ut antea diximus, ex liberorum ipsius Prioli commentariis locutus est. Adeo autem apud æquales Prioli origo incerta ferebatur ut id Rhodius, licet summa erga eum, et, ut ego opinor, nimia benevolentia utatur, quasi invitus notârit: scribit enim ita : « Carpserunt quidam genus, tanquam falsum et dubium [1]. » Inimici autem Prioli, quotquot erant, illius originem aggredi nunquam destiterunt. Scribitur enim in Sorberianis [2]: « Benjamin Prauleau, fils d'un ministre de Saint-Jean-d'Angély qui avait été moine, et était bâtard d'un noble vénitien, » quod forsitan veritati proximum : illustrantur enim tali modo falsa permixta veris quæ de se Priolus enuntiabat. Severior autem in epistolis Capellanus (Chapelain) cui tum maxima ex vitæ probitate et decore auctoritas addebatur : quid enim his durius [3]: « La vanité ridicule et audacieuse avec laquelle ce fils d'un moine renié se veut faire croire descendu de l'illustre race des Prioli de Venise, fondant sa fourberie sur je ne sçay quelle conformité qui se rencontre entre ces noms. » Quæ quidem si vera sunt, miror tamen quod Venetorum respublica, circa millesimum sexcentesimum et sexagesimum annum, Priolum equitem Venetum sit professa, ut constat ex Baylii verbis : « Benjamin Priolo prouva son extraction, présenta à Venise un mémoire

[1] Rhodius, p. 4.

[2] *Sorberiana*, p. 191. Baylius (*Dict.* Art. Priolo, note A) citat aliam opinionem de nobilitate Priolinæ gentis, « *Le livre des recherches de la noblesse*, imprimé à Montauban, en 1616 et dû à M. de Roque, gentilhomme béarnais, affirme que les Prioleau de Saintonge et pays rochelois ne sont point sortis de Venise, comme quelques-uns d'entre eux se sont titrés en grand nombre d'actes sous le règne d'Henri III, mais que c'est une noblesse ancienne qui a eu volonté de descendre des Vénitiens par la ressemblance de son nom avec celui de la famille des nobles Priuli qui ont donné deux princes. »

[3] *Lettres de Chapelain*, t. II, lettre CCCLXXIII.

généalogique, et la République lui expédia une patente qu'il reçut de l'ambassadeur Grimani, en 1660, avec une chaîne et médaille d'or de trois cents pistoles. Le sénat, par cette patente, le reconnaît noble chevalier vénitien. Les armes de la maison Prioli sont en blason, joignant au sceau, et autour « non data, non concessa, sed adnata, senatus decreto ». Priolo reçut en même temps une lettre de conjouissance de Laurent Prioli, provéditeur de mer, qui était alors chef de la famille [1]. » Quibus pro beneficiis B. Priolus historiam « Serenissimo duci et augusto senatui republicæ Venetorum » non sine magniloquentia quadam dicavit, cum epistola in qua sive sincero, sive potius ficto animi motu, quo melius se ex atavis Venetis originem traxisse profiteatur, Venetiarum laudes satis superque celebrat [2]. Sed de his hactenus : transeundum nunc ad B. Prioli vitam, quoniam documenta desunt quibus origo ejus magis illustretur.

II

B. Priolus, ut fert Rhodius, apud Santones natus est, ad fanum Egerii sive Divi Joannis Angelii ipsis Kal. Jan. anni secundi supra millesimum sexcentesimum [3]. Pater illius, quisquis fuerit, novatorum religioni adhærebat, quandoquidem noster baptisatus fuit sub titulo et tutelâ Benjamini Rohannii, fratris celeberrimi ducis Rohannii qui aliquot post annis, bellum civile adversus Ludovicum ter-

[1] Bayle, *Dict.* Art. Priolo, p. 814.
[2] Priolus. *Epistola duci et aug. sen. Venetorum*, passim.
[3] Rhodius, p. 1, Priolus VI, p. 67-68 « Ibi (in fano supra dicto) mea infantia vagiit, hic aerem primum hausi. »

tium et decimum gessit. Duxit igitur noster a principe prænomen et ideo abhinc Benjaminus dictus est. Cujus sacræ cognationis gratia postea se Venetiis ducis Rohannii fortunæ inseruit. Affirmat Nicero illum fuisse quindecim annis natum quando patre et matre orbatus fuit[1]. Difficile autem est dictu quatenus sit in hoc et in aliis rebus quæ ad vitam ulteriorem Prioli spectant, Rhodio, Baylio, Niceronique fidendum, quandoquidem fere semper in hac materia titubant. Remansit igitur solus adolescens Priolus, fere omnibus egens opibus, et, ut verba Rhodii mutuer, « cum iniquitate fortunæ qua tota vita noverca usus est, cæpit colluctari, undique inopia rerum omnium circumventus[2]. » Hæc fuit vere indefessa paupertas unica morum et indolis Prioli magistra, qua per totum vitæ decursum invitus, maximo probitatis et virtutis damno, usus est. Appellatus fuit ulterius a Brienna in commentariis « l'auteur le plus pauvre sans contredit de son temps[3] ». Cui si quæ excusatio afferri potest dum peccat et inter omnia dum ducem Longavillæum, Mazarini gratia, speculatur, certe ex paupertate trahenda cum quâ comite omnes terras perlustravit. Videtur ille recepisse sive a patre, sive alio ex fonte, dum puer erat, prima eruditionis elementa quæ, ut amplificaret, post parentum mortem se Orthesium in Benearnia contulit, hinc Montalbanum Cadurcorum quod religionis novæ tum caput habebatur, denique Lugdunum batavorum cujus academia viris insignibus et imprimis Daniele Heinsio et Vossio eo tempore florebat[4]. Hic Priolus fere tribus annis stetit. In quo ce-

[1] Nicéron. *Mémoires*, etc., t. XXXIX, p. 298 et suiv.
[2] Rhodius, p. 1.
[3] H. de Loménie de Brienne, *Mém. inédits*, t. II, p. 2.
[4] Rhodius, p. 1.

terum illum in flagrante mendacii et vanitatis delicto deprehendimus. Nullus vir enim eo fuit insolentior et mendacior, quanquam Rhodius candide : « Mendacium ita aversabatur ut ad solam mentionem excandesceret[1], » dixerit : Norat autem hominem callidius Nemaurosia, Longavillæi ducis filia quæ in commentariis de eo sic locuta est : « Priolo était un fort grand menteur[2]. » Scripsit igitur Priolus in præfatione historiæ : « Etsi nullas scolas nec Academias unquam viderim et nullo nisi me præceptore usus sim, nemo tamen me temere debet arbitrari nisi Latini sermonis bene peritus[3]. » Obliviscitur libenter, ut alia omittam, Lugduni Batavorum Academiam quâcum per litteras tamen nunquam colloqui desivit. Reperiuntur enim in epistola illius multis post annis ad Colbertum missa quæ sequuntur. « M. Heinsius[4] m'escript de Leyde ces propres mots : « Tu instar chameleontis solus potes in quemlibet scriptorem te transfigurare[5]. » Utinam chameleonta tantum, quod attinet ad stylum, Priolus imitatus sit. Post tres annos, errabundus semper et famelicus, Lutetiam Parisiorum adiit, Grotii audiendi causa et hinc Patavium commeavit, Cæsaris Cremonini et Fortunii Liceti fama attractus[6]. Quod ipse in epistola ad Venetos de quâ supra dictum retulit : « Primum illa vestra Antenorea altrix nei, dulcis artium parens, ferax seminarium bonæ frugis, læta virtutum seges, me suis præceptis imbuit. » Hic autem Rhodium audiamus : « In Galliam redux revisit penates desolatos : hinc collecta pecuniola rursus in Italiam re-

[1] Rhodius, p. 6.
[2] *Mém. de la duch. de Nemours*, coll. Petitot, t. XXXIV, p. 411.
[3] Priolus, lectori.
[4] Nicolaus Heinsius, filius Danielis Heinsii.
[5] *Lett. inéd.* de Priolo III, p. 7.
[6] Rhodius, p. 2.

versus est quærendis apud Venetos originis suæ primordiis. Blande exceptus a senatu factus eques, sed exclusus generis sui prærogativa quoniam Antonius Priolus ejus avus paternus qui princeps fuit Reipublicæ Venetorum non potuit legitimum matrimonium extra urbem et cum extera contraxisse salvis patriæ legibus[1]. » Quot verba, tot errores. Nunquam dux Venetorum fuit Ant. Priolus : Benjamini fuit non avus sed proavus. Tertio denique loco, Baylius monstravit quantum in hoc erraverit Rhodius, quandoquidem non eo quo vitam Patavii degebat tempore sed multis post annis, ut supra diximus, eques Venetus factus est Priolus. Natus erat tum Priolus, quum primum Patavium adiit, tres et viginti annos, prout suspicari libet ex epistola ad Venetos in qua ipse : « Ego apud vos septem annos vixi » profitetur. Quum autem Venetias, auspice duce Rohannio, reliquit sub fine millesimi sexcentesimi tricesimi et secundi anni, concludendum eum necessario huc advenisse anno 1625. Quod si creditur revera illum Gallum fuisse, et nominatum fuisse ut dux Rohannius ipse scribit : « Prioleau » cogitandum fortassis illum, dum Venetiis aut Patavii sedebat, proditionis et mendacii lineamenta præparasse, similitudine fortuita nominis cum illustrissima apud Venetos Priolorum familia subnixus. Quid autem per hoc longum temporis intervallum egerit, omnino latet. Erat adhuc Patavii, quum dux Rohannius post Rupellam captam et pacem Alesianam Venetias migravit, Galliam et Richelium ducem fugiens, aut, ut ipse in commentariis tradit « pour ôter tout ombrage de ses déportements et céder tout doucement à la fortune[2] ». Nil mirum quod

[1] Rhodius, p. 4.
[2] *Mém. du duc de Rohan*, t. XIX, p. 24. Coll. Petitot.

Priolus duci Rohannio consenserit, supra causas quas jam diximus, quum dux non solum per fratrem, sed etiam motu proprio vincula cum fano divi Joannis Angelii nexuisset : etenim, quando sæviebat, Ludovico decimo et tertio regnante, inter catholicos et novatores primum bellum civile, dux Bullioneus (Bouillon) regi suaserat ut hæc urbs occuparetur : quo audito, Rohannius dux familiares una et clientes convocavit, et eorum auxilio oppidum sibi vindicavit[1]. Advenit Venetias dux quinto die mensis augusti anni 1629[2] nec quietus in secessu diu mansit. Quum enim gloriæ militaris recenti famâ nitesceret, rebus Venetorum apud Valeggium profligatis, exercitui reipublicæ præpositus est, quo munere mire functus est usque ad pacem Cherasconiam (1631). Hujus exempli meminerat posterius Priolus in epistola ad Venetos, quippe qui scriberet « Principatus vestri ars est fidere peregrinis non desuetæ virtutis insigne ». Hinc Rohannius Patavium concessit quo tutius et placidius viveret ibique libellum qui adscribitur : « Le parfait capitaine » composuit [3]. Venetiis jam sine dubio Priolum noverat. « Rohannius, inquit Rhodius, ingenio et consuetudine Prioli oblectatus est qui ad invidiam blandis moribus fuit : tantâ autem fide ut ad finem usque vitæ intimum consiliorum et administrum sibi adsciverit[4]. » Hoc fuit in vita B. Prioli magni momenti : nil erat illustrius Rohannii ducis nomine : nil ejus non solum virtute militari, sed severitate

[1] *Histoire de Henri duc de Rohan*, par F. D. (Fauvelet du Toc), Paris, 1666, p. 30.

[2] *Ibid.*, p. 143.

[3] *Ibid.*, p. 148, 149.

[4] Rhodius, p. 2. Priolus a Patavio Venetias migrarat, ut ex ipsius verbis in epistola ad ducem et senatum Venetorum constat. « Hinc me excepere Venetiæ, cor et cura cœli, officina prudentiæ, sapientiæ palæstra, ubi limen adii vestri regiminis. »

morum et indolis austeritate manifestius. Sub hâc rigidissimi viri ægide Benjaminus Priolus opprobria velavit feliciterque post Rohannii obitum ejus nomine usus est : testatur comes Gualdus Prioratus eum memoria ducis postea, sub Mazarini regimine, defensum fuisse adversus obtrectatorum malignitatem quibus, neque admodum injuriose, obnoxius erat [1]. Qui enim fieri poterat ut qui fuerat ducis potius familiaris quam famulus usque ad proditionem delaberetur. Non autem reputarant qui talia meditabantur Rohannium quoque ducem a traditore potuisse falli. Quidni enim apud eum Priolus partes easdem quas posthac apud Longavillæum ducem egerit? Argumenta tamen hujus proditionis desunt, alterius autem complura proponuntur. Ceterum de hoc ulterius.

Dolendum est quod historia Rohannii ducis quam Priolus scripserat nunquam in lucem edita fuerit : dolendum magis, quod ad nos attinet, quod quoque vita B. Prioli ab ipso scripta amissa fuerit. Multa enim quæ nos latent doceremur. Constat tamen Priolum comitem ducis fuisse, quum Henricus Rohannius anno 1631 ad finem vergente, a rege litteras accepit quibus ad Rhætos, munere nequaquam definito, mittebatur. Richelius enim renovare decreverat de Valle Telina bellum quod quinque ante annis fœdere Monzoniano erat peractum. Hæsit interdum paulisper Rohannius, anxius an sibi a rege Francorum pararentur insidiæ : paruit tamen litteris, quibus ad Senatum Venetorum perlatis, summa munificentia circa mensem novembrem fuit dimissus : hinc mense insequente Curiam, præcipuam Rhætorum urbem adiit, in qua dux trium societatum quibus omnis Rhœtia constat, factus est [2].

[1] G. Priorato, *op. cit.*, t. IV, p. 85.
[2] *Hist. de H. de Rohan*, par F. D. p. 151, 152.

Non nobis propositum eum persequi per tot et tam varios casus quibus in Rhætia afflictus fuit, modo a rege et Richelio fere desertus, modo contra in spes maximas erectus. De Priolo tantum loquimur. Per septem annos, ab aditu ad Rhætos usque ad annum 1638 quo obiit Rohannius, vita Prioli cum vita ducis arcte et intime miscetur. Quo autem munere apud eum functus fuerit inter æquales disceptatum. Sorberiana affirmant Priolum fuisse primo medicum, dein ducis scribam [1] : dubium an fuerit medicus, certum autem eum fuisse scribam, licet hoc neget Baylius. Testes enim sunt commentarii Rohanii ducis in quibus res aperte demonstratur : Scribit enim ad regem de Priolo Rohannius mense novembri anni 1635: « Sire, je dépêche vers votre Majesté mon secrétaire avec cette simple lettre de créance, l'ayant instruit de toutes choses [2]. » Idem notatur in codicibus Mazarini : « Priolo, gia segretario del duca di Roano [3], » neque alia desunt. Incredibile est quantâ Priolus felicitate officium scribæ expleverit. Erat enim natura blandus, callidus, subtilis, ad varios rerum aut hominum motus facile proclivis, impudentissime, sed astutissime mendax, personæ cuique aptus, et qui sine dubio apud Rohannium austerissimi et religiosissimi viri partes ageret : ante omnia suî maxime curiosus erat et utilitatibus suis unice devotus. Quod pœne expressit in epistola quâdam ad Colbertum : « J'ai remarqué dans le cours de ma vie qu'il n'y a rien

[1] *Sorberiana*, p. 191, Cf. Bayle, Art. Priolo, note C. « Notez qu'il n'entra point chez ce duc en qualité de médecin et qu'il n'y fut point ensuite sous la qualité de secrétaire, comme on l'assure dans le *Sorberiana*. »

[2] *Mémoires et lettres de H. de Rohan*, éd. Zurlauben, t. II, p. 270, Scriptæ sunt litteræ quas citamus in castris apud Tiranum (14 nov. 1635) post Morbegnoniam victoriam.

[3]. *Carnets de Mazarin*, nº 7, fº 7 vº.

sur quoi on puisse appuyer un fondement certain que sur l'intérêt que chacun trouve dans une affaire. On manque souvent à la foi, mais nul ne manque jamais à son intérêt, ni les plus fourbes, ni les plus simples[1]. » Ceterum non solum eruditione quâdam conspicuus, sed etiam in rebus politicis aut militaribus vere strenuus et alacer videbatur. Itaque a duce magni æstimabatur. Omnium arcanorum, ut fert Rhodius[2], erat particeps nec semel ad regem, ut mandata ferret referretque, missus fuit : quod ex commentariis et epistolis ipsius Rohannii ducis aperte audivimus. Adjecit etiam Rhodius : « In Rhætia et Tellina valle cum Gallicis armis præesset Rohannius, Priolus omnia pro nutu versavit, præliis variis illic cum Germanis et Iberis certatum : ubique interfuit : pugnavit eques et pedes[3]. » Dubium quidem, quanquam fieri potuit : non hæ enim erant Prioli partes. Quoquomodo actum fuerit, Rohannius in commentariis de virtute Prioli silet, tantummodo scientiam laudasse contentus, quia Rhætiam Rhætorumque mores singulariter noverat. Insuper hæc addit Rhætos illi admodum confisos esse[4]. Nec valde mirandum : quum enim naturâ multis sane virtutibus donatus esset Rohannius, non erat tamen cujus aditus facilis videretur : plerique Priolum, ducis scribam, mellifluum, dulciloquentem, supra modum benevolentem quam ducem

[1] *Lett. inédites de B. Priolo* III, p. 5.

[2] Rhodius, p. 2. Cf. Sainte-Beuve, *Causeries du Lundi*, 3e édit., t. XII, p. 342. « Il (le duc de Rohan) avait auprès de lui un secrétaire et factotum des plus distingués par l'esprit et les connaissances, Priolo. Priolo était, comme on disait alors, le tout de M. de Rohan. »

[3] Rhodius, p. 4.

[4] *Mém. du d. de Rohan*, coll. Petitot, t. XIX, p. 182. « Et afin que toutes choses fussent représentées comme elles étaient, en effet, il dépêcha le secrétaire Prioleau en qui on avait créance à la cour et qui avait connaissance particulière de ce pays-là et en qui même les Grisons se fiaient pour leurs intérêts. »

ipsum atrocem, generis sui nobilitate mire superbientem, consiliorum impatientem alloqui malebant. Neminem quoque fugiebat quantùm Rohannius Priolo scribæ indulgeret : exempli gratia, Rohannius anno 1635, quum in Alsatia esset, per Helvetiam in vallem Tellinam redire jussus erat. Qui, postquam paruerat, ita commotus fuit parvo copiarum numero quibus in valle Tellina marchio Montausierus (Montausier) præerat ut vallem deserére decreverit. Quum autem hæc minime regionis statui et militum gallicorum ardori congruerent, marchio conatus est ducem ad meliora reducere et ut id efficeretur Priolum aggressus est cui demonstravit quantum et decoris et commodi a Rohannio amitteretur, si quidem pedem referre videretur. De hoc Priolus ducem vehementissime hortatus est et is, audacior factus, congressum inde cum marchione habuit et bello paulo post adversus Hispanos incepto, gloriosissima sane apud Luvinum septimo et vicesimo junii die 1635 et apud Morbegnum decimo novembris die 1635 prælia retulit[1]. Quo tempore Priolus in aulam missus fuit ut novissimam hanc pugnam nuntiaret [2]. Adiit ergo regem et cardinalem Richelium quibus omnia quæ in valle Tellina et in Rhætia a Rohannio gesta erant aperte et callide demonstravit summisque fere omnium laudibus oneratus, quam citissime incipiente decembre ad ducem reversus est et eum tertio et vicesimo mensis die convenit. Afferebat enim non solum

[1] P. Griffet. *Hist. du règne de Louis XIII*, 1758. Paris, t. II, p. 644 et suiv.

[2] Zurlauben, t. II, p. 270, Dépêches en cour, par le sieur Prioleau du 14 nov. 1635. Lettre au Roy, au cardinal de Richelieu, etc., sur la victoire de Morbegno. Cf. aussi « Mémoire des choses nécessaires pour la subsistance de l'armée du roi dans la Valteline, donné par le sieur Prioleau secrétaire de M. le duc de Rohan ».

litteras, sed etiam Ludovici tertii et decimi verba : quod ex litteris regis constat (5 décembre 1635). « Ledit Prioleau vous fera entendre le surplus de mes intentions et ce que j'estime devoir être fait pour profiter comme il le faut des avantages que Dieu a donnés à nos armées[1]. » Aliæ quidem litteræ testabantur quantum Priolus in conficiendo negotio sapuisset : scribebat enim ad Rohannium decimo decembris mense 1635 Bouthillierus pater. « Monsieur, je vous dois témoigner que le sieur Prioleau s'est fort bien acquitté de tout ce qu'il a eu à dire de votre part par de çà pour le service du Roy et que Monseigneur le Cardinal a été fort satisfait de lui[2]. » Nec aliter loquebatur Servienus : « Je suis obligé de vous dire que le sieur Prioleau vous a fort bien servi et qu'il a fort satisfait Monseigneur le Cardinal dans le conseil où il a été ouï aujourd'hui[3]. » Adjiciebat autem, fatendum, de Priolo Servienus gravissimas querimonias : « Mais je n'ai pas moins sujet de me plaindre de lui que des autres, puisqu'il ne m'a pas encore fait la faveur de me venir voir. Je crois que vous ne lui avez pas donné charge de me céler, comme il a fait, les entreprises dont vous lui avez ordonné de faire les propositions. Quoiqu'il ait pu considérer ou ma personne ou ma charge, il n'avait pas sujet de me traiter de la sorte, car comme madame de Rohan lui aura pu dire que je ne suis pas le moins affectionné ni le moins constant de vos serviteurs, il aura pu voir que Monseigneur le Cardinal ne se méfie pas de moi pour les affaires secrètes, principalement celles qui dépendent de ma charge, comme sont toutes

[1] Zurlauben, t. II, p. 344.
[2] Ibid., t. II, p. 403.
[3] Ibid., t. II, p. 346.

les actions de guerre[1]. » Quibus autem verbis Servienus potius de Rohannio duce quam de Priolo ipso queri videbatur, quum Priolum ex mandatis Rohannii cum Servieno male egisse constaret: quod alia epistola ejusdem apertius declaratur. « Je veux seulement me plaindre à vous du sieur Prioleau, votre secrétaire, qui ne s'est pas contenté de ne me voir point et de me céler les entreprises qu'il a eu charge de proposer de deça, comme si j'étais suspect aux affaires du Roy, mais qu'il a exigé de ceux auxquels il a parlé de vos intérêts qu'ils n'en communiquassent pas avec moi. Je ne veux pas croire qu'il soit si mal instruit des affaires de cette cour et de la disposition des esprits pour ce qui vous regarde qu'il n'ait plutôt eu ce procédé en mon endroit pour plaire à des personnes qu'il a cru plus utiles et plus puissantes que moi pour vous servir que pour se méfier de moi en ce qui touche votre contentement: aussi n'en ferais-je point de plaintes s'il en était demeuré là et qu'il ne m'eut célé que vos affaires particulières, quoiqu'il me soit toujours fâcheux d'être privé des occasions de vous donner des preuves de mon service[2]. » In eadem epistola paulo longius Servienus ducem Rohannium ipsum incusat, quod veritati sine dubio propius. Qui enim fieri potuerat ut Servienum Priolus sponte sua et patroni ultra jussa visere et alloqui ita dedignaretur. Quatuor fere post hoc mensibus, Priolus in aulam rursus commeavit[3]. Constat ex litteris regis illum hic supra tempus statutum contra voluntatem remansisse. « Mon cousin, les difficultés qui se rencontrent dans les affaires et qui ne se peuvent éviter ont retardé ici beau-

[1] Zurlauben, II, p. 346. Lettre de M. Servien du 4 décembre 1635.
[2] Ibid., t. II, p. 421. Lettre de M. Servien du 12 décembre 1635.
[3] Ibid., t. III p. 9 Dépêches en cour par le sieur Prioleau du 12 avril 1636.

coup plus que je n'eusse désiré le sieur Prioleau, votre secrétaire, de l'assiduité et capacité duquel je veux vous donner témoignage[1]. » Increpabat contra Prioli moras Rohannius, quum res nostræ in Rhætia, penuriæ argenti causa, labefierent : itaque scribebat duces trium societatum Rhætarum mala meditari. « Car ils ne se dissimulent point qu'ils ont avis de Paris qu'on se moque d'eux et qu'ils savent bien que Prioleau ne vient pas sitôt et n'apporte pas ce que nous leur faisons espérer[2]. » Advenit tandem Priolus, tertio mensis julii die 1636[3] : at vix ocreatus et petasatus esse desiit : octavo enim ejusdem mensis die Lutetiam a duce remittebatur, adeo omnia, post prospere gesta, in pejus ruebant. Ceterùm quod attinet ad Prioli fortunam nil opportunius accidere poterat : Rohannius eo familiariter utebatur, ut ex epistola quadam ad Regem patet : « Le tout est en la créance sur ledit Prioleau auquel je supplie très humblement votre Majesté d'ajouter entière créance comme à moi-même[4]. » Nil autem nisi verba ad ducem Priolus retulit, multas ob causas, præcipue, opinor, quod Richelius et rex minime curabant hæc, quum aliunde hoc anno gravissime urgerentur, sive quod diffidebant ei, sive, quod probabilius, quod sperabant res posse in eodem statu detineri, usque ad virium gallicarum renovationem[5].

[1] Zurlauben, t. III, p. 104. Lettre du Roi au duc de Fontainebleau le 16 juin 1636.

[2] Ibid., t. III, p. 97. Lettre de Rohan à M. de Chavigny le 21 juin 1636.

[3] Ibid., t. III, p. 104.

[4] Ibid., t. III, p. 122. Dépêches en cour de M. le duc de Rohan par le sieur Prioleau, du 8 juillet 1636 du camp de Trahonne.

[5] Cf. Michel Levassor. *Histoire du règne de Louis XIII*, t. IX, l. XLI, p. 174 et suiv. Aubéry, *Histoire du cardinal duc de Richelieu*. Paris, 1660; l. V. ch. XXI et LVIII. Le même : *Mémoires pour l'histoire du cardinal duc de Richelieu* par Aubéry 1660, t. II, p. 113 Cf. inprimis; Scipion Dupleix, *Histoire de Louis XIII*, Paris, 1654, t. II, p. 110 et suiv. « L'avis

Aliam etiam causam subjicit Grotius, qui ad Oxenstiernam scribebat. « At in Rhætis non jam periculum, sed ingens motus coortus est, tum illa eadem ex causa quod Rhæticis cohortibus quæ Galliæ militant stipendia non darentur tum quod Galli, præsertim legatus Lanerius minacius ferociusque illic egerint quam ferre possunt ingenia sueta libertati[1]. » Dum Lanerius (Lanier) nimia animi superbia Rhætis minas intentabat, jubebatur contra Priolus a duce Rohannio sinon pecunia, quandoquidem omnino deerat, benignitate saltem verborum et abundante promissorum copia rebelles animas demulcere : nil Prioli naturæ convenientius reperiri poterat: sed jam omnia, circa mensem septembrem 1636, profligata erant : audiamus enim Rohannium ipsum : « Quant à mes affaires, elles sont en pire état que jamais : nos colonels et capitaines grisons ont pris résolution d'abandonner le 29 de ce mois leurs postes, de s'assembler avec leurs soldats à Tosane et de tâcher de faire quelque révolte dans le pays. M. Lanier est allé à Coire pour tâcher de divertir ce malheureux dessein. J'y ai envoyé Prioleau de mon côté afin de tâcher de les faire attendre dix ou douze jours que je pourrai me faire porter en litière jusque-là[2]. » In hoc gravissimo temporum momento Priolus partes ducis Rohannii, qui tum gravissime ægrotabat, explevit neque frustra : rebellio enim, sinon oppressa, per aliquot saltem menses, ejus

du traité des Grisons avec l'Espagnol toucha d'autant moins le roi et son conseil qu'ils avaient déjà prévu tout ce qui pouvait arriver du refus qui leur avait été fait de la continuation de la solde de leur trois régiments et des pensions des principaux de leurs ligues. »

[1] Hugonis Grotii *reginæ regnique Suetiæ consiliarii et apud regem christianissimum legati epistolæ quotquot reperiri potuerunt.* Amstelodami, 1687, nº 734, p. 313, col. 2.

[2] Zurlauben, t. III, p. 186. *Lettre de M. le duc de Rohan à Bouthillier* du 27 septembre 1636, du camp de Sondrio par l'ordinaire.

gratia remissa fuit. Vix dum truculenta Rhætorum ingenia placaverat, jussus est iter quod jam toties emensus erat redintegrare ut a rege toties frustra expostulatam pecuniam requireret[1]. Rediit Helvetiam anno finiente 1636, potius promissis quam argenti copia onustus[2]. Fatetur ipse Richelius in hoc graviter peccavisse regis ministros videturque in epistolis Bullioneum (Bullion) et omnes qui æs publicum administrabant incusare. Scribebat enim ad ipsum Bullioneum : « Ce mal est arrivé faute d'argent : pour un écu qu'il eût fallu donner à temps, il en faudra dix, et encore ne réparera-t-il pas la perte qu'on a faite[3]. » Nec aliter ad regem ipsum: « Si l'on eust fourni l'argent pour l'accord qu'il fallait à temps, les gens de M. de Rohan croient que cela ne fut pas arrivé[4]. » Incipiente autem anno 1637, quum Rohannius dux a Rhætis urgeretur premereturque et in eo res essent ut omnis Rhætia a Gallis dissentiret vallisque Telina in Hispanorum manus fere sine prælia transiret, dux magnum conventum quod « pitach » appellant Rhæti, convocare fuit coactus. A quo petiit ut sibi concederentur quadraginta dies, quo tempore peracto liberi omnino Rhæti fierent. His concessis, et verbo ducum Rhætorum incaute confisus, rursus in Galliam indefessum Priolum remisit ut quomodo omnia acta essent explicaret auxiliaque et pecuniam instantissime et citissime

[1] Zurlauben, t. III, p. 201 et suivantes. *Mémoire du duc de Rohan au Roi touchant l'état des affaires des Grisons.* Fait à Coire, le 17 octobre 1636.

[2] Ibid., t. III, p. 264. *Lettre du duc au cardinal de Richelieu* du 25 novembre 1636.

[3] *Lettres, instructions diplomatiques et papiers d'État du cardinal de Richelieu* recueillis et publiés par M. Avenel. Paris, 1863. V. p. 762.

[4] Ibid., t. V, p. 764. Cf. Epist. Grotii, n° 735, p. 314 col., I. « Rex qui non ignorat ex non solutis stipendiis magnam partem motus enatam. »

reposceret[1]. Benigne exceptus, Rhætorum motus maximasque quibus dux implicabatur difficultates Priolus aperte denuntiavit, neque frustra. Adhibita est enim maxima fides quum illius verbis tum ducis epistolis, statutumque est servare Vallem Telinam[2]. Quod autem ad duces Rhætorum spectabat qui pecuniam conclamabant, commissa fuere Priolo millia librarum quadringenta[3]. Præterea autem Priolus, jussu ducis, a rege postulabat ut Rohannio daretur summa auctoritas fædus quodlibet cum Rhætis tractandi: quod negabat Richelius. Aliqua sic interposita mora tricesimo martis die anni 1637 profectus est Priolus. Quanquam quindecim vix diebus in Gallia remanserat, serius tamen Lutetiam Parisiorum deserebat, quum Rhæti fidem quadraginta dierum antea concessorum minime servavissent regioque omnis bello ex decimo et octavo martis die ardere cæpisset. Ex quo Rohannius in castellum Rheni se sine fere auxiliis et copiis contulerat: quod confirmat Grotius in epistola jam citata: « Jam ducem Rohannium intra castellum quod Francicum dicitur velut obsessum tenent. Et pecuniario quidem malo rex mederi parat missis illuc LXCIC scutatis sed animi multis male tractationibus exulcerati ad sanitatem ut redeant optandum quidem, utinam et sperari possit[4].» Itaque quando ad fines Rhætorum Priolus pervenit, omnia jam erant desperata:

[1] *Mém. du duc de Rohan*, coll. Petitot XIX, p. 182 et suiv.

[2] Ibid., p. 183. « Aussi fut-on touché très sensiblement de la relation de Prioleau, laquelle on crut de tous points véritable. »

[3] *Lettres, instructions*, etc., t. V, p. 764. *Lettre du Cardinal au Roi* « Je fus hier disner à Paris pour voir M. de Bullion. Nous fismes en trois ou quatre heures avec lui tout ce qu'on peut faire à l'heure présente au malheur de l'affaire de la Valteline. Prioleau part ce matin avec deux cent mille francs pour M. de Rohan et deux cent mille pour les Suisses. » 30 mars 1637. Rohannius in commentariis (p. 184) octingenta millia librarum a Richelio promissa esse affirmat.

[4] *Epist. Grotii*, n° 734, p. 313, col. 2.

excesserat e castello Rohannius dux Curiamque petierat. Priolus in aulam remissus fuit, ut ex litteris Rohannii patet : « Je dépêche demain le sieur de Prioleau en cour pour avertir le roi du passage de ses troupes afin que sur la frontière de la France nous trouvions une montre et les ordres de sa Majesté de ce qu'on aura à faire à l'avenir [1]. » Guebriantius exercitus imperium duodevicesimo die junii mensis 1637 in finibus Burgundiæ comitatus recepit : quo facto, Rohannius cum Priolo Genevam concessit: neque amplius voluit in Galliam reverti, diffisus Richelio, sive ob res quæ gestæ fuerant in valle Tellina, sive aliam ob causam. Contendunt enim nonnulli Richelium optasse hoc tempore ut nepos ipsius filiam Rohannii in matrimonium duceret: quod alte et superbe negatum a duce perniciem ejus secum tulit. Additur etiam Priolum fuisse harum nuptiarum infelicem negotiatorem. Quid autem Genevæ dux egerit, dubium: dicitur dux Hispanorum illius amicitiam accuratissime disquisivisse [2]. Si quidem Rhodio creditur, bis ducis Rohannii nomine Hispaniarum regem Philippum quartum Priolus adiit, non levia tractaturus, scilicet ut ibericis suppetiis ditionem cis Pyrenæos montes juris sui faceret, asserta religione catholica quæ inde ad illam diem exsulaverat [3]. Quod quidem minime verisimile: certum tamen Rohannium nequidquam a rege Venetias secedere esse jussum, et Priolum eo a patrono adductum fuisse ut, duce etiam vita defuncto (1638), in Galliam quamdiu Richelius vixit, reverti noluerit. Obiit autem dux Rohannius anno sequente, in prælio adversus Austros. Quid faceret Priolus,

[1] Zurlauben, t. III, p. 411, 413.
[2] *Hist. de H. duc de Rohan*, par F. C., p. 216.
[3] Rhodius, p. 2.

patrono destitutus, et quasi a finibus Galliæ exsul. Compulit eum malesuada paupertas, siquidem malignis inimicorum ejus sermonibus creditur, ut chartas et supellectilem Rohannii, heredum detrimento, sibi vindicaret : quæ omnia pro maxima argenti copia posterius reddidit. De his nil apud Rhodium : dixit autem Capellanus in epistola ad Bœclerum quinto octobris die anni 1668 scripta : « Il (Priolo) a écrit autrefois en latin l'histoire de Monsieur le duc de Rohan, son maître ; mais elle n'a point été imprimée. Si elle paraissait un jour, elle pourrait être de quelque utilité, en cas qu'il ne l'ait pas altérée, depuis qu'il fut brouillé avec les héritiers pour avoir mis la main sur les papiers et les effets du défunt, lesquels il fallut retirer de lui avec beaucoup de menace, et d'argent[1]. » In quo, fateor, potius peculiari erga Priolum odio quam veritati Capellanus mihi videtur inserviisse : argumenta enim Prioliuæ improbitatis omnino desunt ; neque hanc ullus alius scriptor notavit. Adde quoque aliud : qui enim fieri potuit ut dux Longavillæus, qui sibi posterius Priolum scribam adjunxit, eum proditorem et furem fuisse penitus nescierit ?

[1] *Lettres de Chapelain*, II, Lettre CCCLXXIII.

CAPUT II

IN QUO DEMONSTRATUR B. PRIOLUM
DUM DUCI LONGAVILLÆO, PRIMUM IN CONVENTU
MONASTERIENSI
DEIN PER FUNDÆ TUMULTUS PALAM INSERVIRET
MAZARINO FUISSE SECRETO ADDICTUM

Post obitum ducis Rohannii Priolus rursus se Genevam contulit ibique, ut videtur, sex annos, tutus a Richelii ira vindictaque vixit. Meminerat sane de hoc longo temporis intervallo in primo historiæ libro ubi, dum Mazarinum nimiis obruit laudibus, plus quam iniqua de Richelio prædicat. Scripsit enim inter alia, de Effiati et Thuani supplicio « Richelius pæna semper, nunquam pœnitentia contentus, jussit supplicium et fere spectavit, suspiria morientium libens excepturus, Lugduno ægre digressus est[1]. » Tribus mensibus antequam Rohannius e vita discederet, B. Priolus uxorem duxerat Elisabetham Micheliam illustri genere, ut atavis editam principibus Lucensis republicæ et

[1] *Priolus*, I, p. 8.

Micheliis patriciis Venetis[1] : quo matrimonio sese veræ aut fictæ gentis suæ origini novo quasi vinculo innectere videbatur. Dubium autem, quum nobilis esset uxoris cognatio, an fuerit dos amplissima? Nec minus pauper atque antea remansit Priolus, qui ex conjuge septem liberos maximis sumptibus educandos habuit. Adde quod a nostro frater Elisabethæ sex millia librarum nunquam recuperanda sit mutuatus. Quod Priolus testatur in epistolâ ad Colbertum (1664). « Cependant, Monseigneur, je vous supplie d'ordonner ordres qu'il ne se paye personne sans mon aveu, et que je puisse tirer de cette succession au moins les six mille livres que j'ai prestées il y a vingt ans, à Genève, du mariage de ma femme, pour lever ceste compagnie qui a été faite à mes dépens[2]. » Quod si eo loco vera profitetur, concludendum illum fuisse adhuc Genevæ anno 1644, vel potius Saconeti, vicino in prædio quod emerat recreandæ valetudinis causa. Legimus autem apud Niceronem : « Le duc de Longueville le tira de ce repos en 1648, quand il fut nommé plénipotentiaire de France pour la paix de Munster[3]. » Quo nihil potuit dici falsius : Longavillæus enim ad conventum Monasteriensem cum summa potestate de pace iturus a Mazarino electus fuit anno 1644, Monasteriumque anni sequentis tricesimo junii die adiit. Quum illuc Priolum invitasset ut apud se scribæ vicibus fungeretur, manifes-

[1] Rhodius, p. 4. Cf. *Lettres inédites de Benjamin Priolo*, XVIII, p. 26. « M. Friès veut lui payer les debtes et cherche les créanciers qui ne lui demandent rien et pour me payer à moi il lveut une attestation de Genève qui l'assure que j'ay esté mari de la sœur du capitaine Micheli. A quoi, Mgr, lui sert ce délai, car ce n'est qu'un délai pour ne me payer pas. Tous les capitaines suisses ne sont-ils pas témoins que je suis l'héritier. »

[2] *Lett. inéd.* de B. Priolo, XVIII, p. 26 et 27.

[3] *Mém. p. servir*, etc., par Nicéron, p. 302, t. XXXIX.

tum est in hoc Niceronem admodum erravisse. Adjice quod codices Mazarini testantur illum ab anno 1645 usque ad annum 1648 Longavillæo in Monasterio addictum esse [1]. Qui autem fieri potuit ut illum Longavillæus scribam delegerit, difficile est dictu : suspicandum est Priolum sibi antea Longavillæi fiduciam conciliasse, sive in aula ad quam toties, ut supra dictum, missus fuerat, sive in Burgundiæ comitatu in quo Longavillæus, annis 1637-1638, exercitui Gallico præfuerat [2]. Quæ quum ita sint, Priolus Geneva relicta, irrevocabilem pedem Lutetiæ figere decrevit quo totam familiam muliere et infantibus impeditam deduxit. Insuper hæc narrat Rhodius illum Lugduni sex menses remansisse, ut cum Francisco cardinali Barberino, qui tunc ibi degebat, de veri dei cultu conferret : varii sermones ultro citoque habiti. Ad hæc candide Rhodius : « Tandem Barberinus ad sanam mentem jamdiu nutantem Priolum et sui incertum reduxit : ille immissi veri lumine stupefactus non sibi tantum sed toti familiæ consultum voluit [3]. » Bene habet : dolendum tamen est quod Priolus repentino veri lumine præstrictus fuerit, eo tempore quo Monasteriensem conventum, sub duce catholico, ire meditabatur. Dignior sane Rhodianis laudibus, dummodo ne religionem simul ac patronum commutare voluisset.

[1] *Carnets de Mazarin*, nº 7, fº 7, vº, fº 8, rº, fº 15, rº et vº.

[2] Cf. *Les carnets de Mazarin*, *Rev. Hist.*, t. IV, p. 124. « Dans le temps qu'on songea à envoyer M. de Longueville avec M. de Rohan en Franche-Comté, le premier fit connaître à S. E. qu'il y allait de son honneur de servir en égalité avec l'autre, commandant un jour chacun, à quoi S. E. repartit : « Je suis fâché de vous dire une chose qui vous sera désagréable, car un tel qui m'est venu trouver de la part du duc de Rohan me dit de sa part que ne conviendrait pas à servir en égalité avec vous. » Quis fuerit homo ita in codicibus designatus « un tel » latet : forsitan Priolo alludit Mazarinus.

[3] Rhodius, p. 3 ; Cf. Lenglet, Dufresnoy, *Méthode*, etc., IV, p. 106. « Priolo abjura l'hérésie de Calvin en 1648, à Lyon. »

Apud celeberrimos Mazarini codices qui Lutetiæ Parisiorum ut diximus in Bibliotheca quondam regia detinentur, primam Prioli nostri mentionem reperimus anno 1645 quo Longavillæus dux Monasteriensem, conventum ire jussus fuit. Hic enim, quia ambitione ardebat, spemque novorum honorum et imprimis Altessæ tituli accuratissime fovebat, sibi oblatum munus exsequi decreverat, quanquam infra dignitatem suam et pæne regiam atavorum suorum originem videbatur [1]. Auctor consilii aliâ parte erat Mazarinus, qui e Gallia unum ex ducibus potentissimæ factionis Condeanæ nonnullos per annos extrudere meditabatur. Timendum autem erat ne Longavillæi animus, sive naturali quodam superbiæ impetu, sive legationis Gallicæ splendore inflatus, Monasterii quæ Lutetiæ eadem factiose ageret cardinalisque mandata de pacis conditionibus aspernaretur. Itaque Mazarinus quem non fugiebat quantum pondere et constantia ingenium semper mobile et ut ita dicam fluidum Longavillœi careret, providere statuit ut sive argenti copia sive, quod cardinalis naturæ convenientius, promissis aliquem ex domo Longavillæi famulum aut necessarium alliceret quo ducis consiliorum quotidiana proditione certior fieri posset : pravissimum sane munus, quod tamen Priolus, sive paupertatis causa, sive alia ex causa, oblitus majorum Venetorum splendidissimum decus quod toties magniloquenti ore prædicaverat, summa sollicitudine explere dignatus est, neque solum ducem Longavillæum sed etiam comitem Avossium quem omnes norant esse Servieno, inimicum, Priolus speculatus est. Horum enim duorum

[1] *Histoire du traité de Westphalie*, par le père Bougeant. Paris, 1744, t. III, p. 60, liv. I.

legatorum jurgiis, ante ducis Longavillæi adventum, personabat omne Monasterium : qui quidem, ut ait ipse Priolus in historia, crebris contradictionibus quidquid auctoritatis in ipsis erat privata pervicacia destruebant[1]. Jussus est Priolus, ut videtur, animum ducis potissimum ad Avossium proclivis in Servieni partes inclinare : neque frustra, si quidem Briennæ creditur ex quo patet ducem, postquam Avossio primum adhæserat, ultimo fine anni 1647 Servieni consilia potius secutum esse. Non eadem in historia de Avossio Priolus prædicat quæ in codicibus Mazzarini : in quibus, ut secretis Mazarini sensibus blandiatur, Avossium deprimit, summa autem laude Servienum extollere curat. Scribit enim quæ sequuntur, partim tantummodo in historia recente a Cheruel publicata.

« In oltre Priolo mi ha detto che M. de Longavilla inclina piu a M. Davo, che lo crede l'oraculo delli affare di Alemagne, et il solo capace per assisterlo (?) nelle negotiationi della pace, y gli interesse di la : chi e piu humili, entrante e flater (??) che M. Servien, che ha una maniera risoluta, havendomi detto in q° (questo) proposito che Avo segna el altro taglia.

« In fine che ha gran concetti di Avo, ma che ammettere (??) ogni gran cosa che in 6 settimane li..... stimava molto piu Servien.

« Dice che Avo e pieno di vanita e di gelosia, che fa mysterio delle piu minime cose che con simplice et ordi-

[1] Priolus, lib. X, p. 8. Partim tantum legere potuimus quæ Mazarinus in codicibus de Priolo memorat, anno 1645 (n° 7, f° 7 v°). « Priolo, gia segretario del duca di Roano, della religione, che soggiornava a Genevra dove ha cosa propria, che faceva... contro M. le Prince, *che non si credeva sicuro in Francia*, é conduto dal duca di Longavilla a Munster » Reliqua obscuriora sunt.

nario avviso ne fa ostentationi come di una cosa d'importanza.

« Che e mortificato della carriera (?) che ha fata[1]. »

Hæc sunt quæ de Avossio Priolus ad Mazarinum secreto scribebat, eum vanitate et invidia plenum esse fingens, Servienum contra extollens : conferamus autem quæ de eodem Avossio in historia dixerit. « Obiit eodem fere tempore Claudius Memmius Avossius, quinquagesimum quintum ætatis annum vix egressus, brevi circulo tantam virtutum copiam complexus quantam vix ullus togatorum apud Gallos. Ad ultimum, in conventu Monasteriensi et Osnabrugensi eo præstitit paci sanciendæ, industria, solertia et vi animi ut per eum certe non steterit quin immenso operi gloriosum corollarium imponeretur. » Procedit etiam paulo post longius. « Anxia, inquit, posteritas quæret ex qua gente effulsit viva illa imago honesti[2]. » Hæc sunt paululum dissimilia ab accusationibus quas in litteris secretis ad Mazarinum in Avossium intentabat. De Servieno in historia non admodum quæ refert Cheruel scripsit : quum enim dixit : « Servienus legationi aptior visus est, » credidit Cheruel illum sic de legationis summa locutum esse. Aliter autem res se habet : quod si attente Priolum in hoc legerimus, fatebimur eum tantummodo tale judicium de legatione, quæ Hagam missa fuerat, tulisse. Nec mirum Servienum huic muneri Avossio aptiorem fuisse, Avossius enim pro sua pietate et nimia erga Catholicos indulgentia Hollandorum huguenoticorum in suspicionem jure venerat. Addit porro Priolus post hæc verba. « Servienus legationi

[1] *Carnets de Mazarin*, n° 7, f° 15, r° et v°.
[2] Priolus, IV, p. 54-55.

aptior visus est,» quæ sequuntur. « Et implevit eam decore, ut erat vi animi et eloquio potens, Hagæ facunde peroravit[1]. »

Baylius affirmat Priolum Monasterii tantummodo unum annum mansisse: in quo illum erravisse arbitramur. Longavillæus enim usque ad incipientem annum 1648 hic legationi Gallicæ præfuit, etsi jamdudum a Mazarino de conditionibus pacis cum rege Hispanorum tractandæ dissentiebat. Non hic locus anquirendi utrum reipsa cardinalis pacis hujus negotium conficere constituerit, an Longavillæum spe fœderis semper promissi et semper remissi deluserit : quod Cheruel in historia accuratissime, sua cuique merita tribuens, expendit[2]. Animadvertendum est Priolum nequaquam in Mazarinum fœderis rupti culpam derivasse: testatur enim in libro suo, ut sibi ex litteris Longavillæi ad cardinalem compertum erat, Hispanos sua tergiversatione hoc spectasse ut semper quædam capita subducerent quo facilius, facta demum cum Hollandis pace, Gallorum spem frustrarent : et cum Mazarinus timeret ne Galliæ oratores, mandatis regiis nimis adstricti, ortas difficultates ex tempore dirimere nequirent, frequentibus litteris a Longavillæo eum quæsivisse numquid adhuc remittendum de jure regio, ut rei potestas illi plena tribueretur: Ad hæc Longavillæum respondisse: « Hispanos ab omni compositione

[1] Chéruel *Hist. de France pendant la minorité de Louis XIV*, t. II, ch. I, p. 17. Priolus, l. x, p. 13. Alia sequuntur in codicibus Mazarini (fº 16 rº et vº) quæ Priolus ad cardinalem non solum de Avossio et Servieno, sed de tractationibus retulerat : ea autem, confuse et compendiose scripta, legere nequivimus. Ex his tamen intelligitur a Priolo quædam de mediatoribus adjecta esse, ut: « Dice che li mediatori sono tutti per M. Daveau, e li crede? ambidui spagnoli. » Dixit quoque nonnulla Priolus de Altessæ titulo quem sibi Longavillæus dux vindicare Monasterii tentârat.

[2] Chéruel, t. II, ch. IV, p. 478.

alienos id unum moliri ut a Gallis socios abstraherent. » Addit ad hæc Priolus. « Hoc autographis mihi non semel lectis probatu facile[1]. » Quæ quum anno 1647 agerentur, concludendum est Priolum apud ducem scribæ munere usque ad finem functum esse, et Lutetiam Parisiorum eodem tempore remeavisse.

Certum est nihilominus ducem Longavillæum in aulam mærentem dolentemque quod sibi ablatus esset pacis honos; reversum esse, neque huic benignitas reginæ concessusque tandem consilii regii aditus mederi valuerunt[2]. Incidebat prorsus in incipientes Fundæ motus incitabaturque quum indole varia et inconstanti, tum acceptæ pro sua opinione injuriæ memoria ut jam adolescenti rebellioni adhæreret. Talibus autem rebus, graviores adhuc forsan quam antea partes quibus apud eum fungebatur Priolus fiebant, quum dux per se præpotens, Normanniæ gubernator et nothi regalis pronepos eo etiam minacior videretur, quod sororem principum Condæi et Contii in matrimonium duxisset et Condæana rate, ut verbis ipsius Prioli utar, usque ad hanc diem navigâsset[3]. Itaque per quinque annos, ut ultra demonstrabitur, Priolus fuit apud Mazarinum, non solum Longavillæi ducis, sed etiam quod gravius, Longavillææ et Condæi ipsius arcanorum revelator, quum sibi fiduciam totius domus Condæanæ astutissime devinxisset. Difficile est intellectu quomodo res sic se egerit per tot annos ut noster fere ab omni suspicione integer evaserit. Hunc, ut opinor, tuebantur et maxima ingenii solertia et ducis Rohannii memoria cui olim inservierat : tuebantur quoque eum poli-

[1] Priolus, l. x, p. 20, 21.
[2] *Mém. de mad. de Motteville*, coll. Petitot xxxvii, p. 329.
[3] Priolus, I, p. 21.

tici hujus ætatis mores. Facillima enim erga proditores proditio: Condæus Longavillæusque et ceteri, qui bella civilia tum movebant, nil nisi suapte commoda meditabantur, cardinali Mazarino, prout res suadebat, modo obnoxii, modo infensi : inde Priolus, apud eos partes cardinalis sustinendo, hesternæ tantum eorum aut futuræ opinioni assentire videbatur. Adde quod cum Mazarino fere quotidie libere colloquebatur, ad eum sive a Longavillæo, sive ab uxore ejus, sive etiam a Condæo diversis de rebus missus[1].

Meditabatur porro hoc tempore Mazarinus fortunam suam, ut asseverat Priolus, clientelis validis et affinitatibus munire, primum quod eo modo de reditu in patriam non cogitare videbatur, dein quod in aula sic muneris sui stabiliendi spem conceperat : ergo de nepote Mancino per matrimonium jungendo filiæ unicæ Alesii comitis, Condæi consobrinæ, cogitavit. Si quidem Priolo fides adhibenda, revera tum stetit per Condæum quominus rerum summa in Gallia potiretur. Affirmat etiam B. Priolus : « Compertum mihi est summam Mazarini voti fuisse ut illi tanquam domino inserviret[2]. » Quod sane dubium :

[1] Priolus, v. p. 3 et 4, de principum captivitate : « Tandem venit decretoria dies qua bene mane adfui Mazarino, ut meus mos. » Cf. quoque Mazarini codices, (*Revue Historique*, 2e année, t. IV, mai, juin 1877, p. 120). « A présent, c'est-à-dire à son retour (le duc de Longueville) reconnaissant que la Croysette n'était plus propre à faire d'autres demandes, le fit retirer et approcha de lui Priolo, l'esprit duquel il crut propre à obtenir beaucoup de choses et à l'intrigue ayant servi seize ans M. de Rohan qui était assez versé en ces matières. » Erravisse leviter mihi videtur Cheruel, legendo in codice « seize ans ». Legere oportet « six ans » quod ceterum cum factis congruit. De homine nobili, dicto : « Le Blanc de la Croysette » scripsit Nemaurosia : « Ce prince (le duc) avait eu dans ses affaires un homme qui était dévoué à la cour, mais il l'avait chassé de son service. » Adjecit autem hæc, admodum a veritate remota. « Il en avait un autre à sa femme qui était ce même Priolo qui par ses rapports l'avait jeté dans le parti de la Fronde. »

[2] Priolus, II, p. 65-66.

non erat ea Mazarini mens ut cum aliis vel cum Condæo imperium dividere vellet. Quod probabilius, ingravescente jam Parlamenti invidia populique tumultu, sibi refugium in adversis parare conabatur. Priolo in hac rerum figurâ Mazarinus usus est ut Condæum alliceret : quo satis demonstratur quanta in Condæana domo Priolus auctoritate frueretur. Condæus autem, ut ex verbis Prioli patet, a Cardinale petita respuit[1]. Longavillæus quoque sese huic matrimonii spei ultro admovit, sive auctor fuerit rei, ut Mazarinus contendere videtur in codicibus[2], sive, ut Priolus fert, tota de re certior deinde factus fuerit et ex ea commoda quædam extrahere tentaverit. « Putabat enim, inquit Priolus, qui nulla re nisi quiete indigebat, sibi indecorum turbido tempore nihil lucrari et ad ignem accensum non calescere : ac cum serio moneretur ut tempestate mala bonus esse auderet nunquam potuit adduci ut exueret illam mentem nundinandi [3]. » Impellebatur autem Longavillæus maxima Condæi invidia, quem insuper pertimescebat : scribit enim Mazarinus in codicibus : « Il craint M. le Prince, et la crainte le rangera toujours à ce que M. le Prince voudra, mais ne l'aime pas et il enrage que sa qualité, sa grandeur et sa gloire l'étouffent. La Croysette et Priolo m'ont assuré tous deux la même chose, c'est-à-dire qu'il ne peut souffrir qu'on dise qu'on doit faire cas de lui à cause de M. le Prince

[1] Priolus, II, p. 66. « Condæus spernere visus est tale connubium quod per me Mazarinus petebat. »

[2] *Rev. hist.* t. IV, p. 123. « Quand M. le Prince revint du Câtelet et que M. de Longueville m'avait fait parler du mariage de mon neveu avec Mlle d'Alais, il envoya en grande confidence dire à Lionne par Priolo qu'il fallait m'avertir de prendre bien garde à ne faire rien accorder à M. le Prince sans que le mariage fut fait ; car pour le faire après il m'aurait demandé quelque autre chose. »

[3] Priolus, II, p. 66.

et aussi qu'il ne remuera jamais, mais qu'on le croie capable de le faire, afin d'en tirer quelque profit [1]. » Congruunt quidem mirifice hæc Mazarini verba cum historia Prioli : manifeste quoque ostendunt quam eo tempore personam egerit noster : neque alia desunt in codicibus cardinalis aliisque in locis quæ idem apertius etiam declarent.

Quanquam autem Mancinei conjugii spes evanuerat, mercedem petiit Longavillæus et per Priolum a Mazarino Havræam arcem requirere non dubitavit. Maximam quidem rem et meritis ultra modum responsuram exposcebat, quum jam Normanniæ præesset. Cardinalis, dilatione, ut erat mos, usus, quod petebatur neque admodum respuit neque concedere visus est : respondit tantummodo non esse sui juris et mirari se quod Longavillæus, rebus regni sic stantibus, hoc intempestive flagitaret, Aureliano et Condæo detestatum ut regis commodis adversum. Fucatus autem aliqua utilitatis specie ambitionem Longavillæus contendit se non sibi sed regi et Mazarino adversus Fundæ tumultus futurum refugium postulare Havræam arcem : quod a Priolo narratum [2] apud comitem Gualdum Prioratum relatum quoque comperimus. « Nel mese d'Agosto, mentre si trovava Parigi nel sopranarrato tumulto, fu mandato dal Duca di Longavilla il signor Priolo suo confidente al Cardinale per assicurarlo di quanto dipandeva da lui in servitio della Corte e suo coll'offerirgli di venirlo anco a levare con 2.000 gentilhuomini per condurlo in Normandia [3]. » Quæ quum dixisset, ducis nomine, Priolus « Bene, inquit Mazarinus, abi nuntius duci me daturum

[1] *R. Hist.* t. IV, p. 122.
[2] Priolus, II, p. 67.
[3] *Historia delle Revol. di Francia* del Conte G. Priorato, I, p. 32.

operam ut illi abunde satisfiat. » Quo nihil potuit dici incertius. Priolus hæc retulit ad verbum. « Ergo, inquit Longavillæus, Havram habiturus sum. Non hæc, inquit Priolus, dixit Mazzarinus, sed tu adi sodes mortalem et expiscare omnia. Non acturus sum, respondet Longavillæus : placet promissi ambiguitas. » Hæc est Prioli in historia narratio[1]. Nec aliter G. Prioratus : « Riferi Priolo al duca come il Cardinale oltre gli altri complimenti l'assicurava che haverebbe avutto da se ogni contento. Sta bene disse al hora il duca, dunque in havro la Piazza d'Havré : Priolo rispose non havergli il Cardinale punto parlato di quella Piazza e che sarebbe statto a proposito che s'abbocasse seco con occasione di ringratiarlo per intenderne piu chiaramente l'intentione sua : soggionse all'hora il duca che si guardarebbe bene di far questo, e che a tempo e luogo farebbe che meglio si di chiarasse[2] » Hæc postquam invicem relata fuerunt, Longavillæus, coram principe Condæo qui tum e Flandria revertebatur promissam sibi Havræam arcem jactavit : inde ortum est miserabile jurgium inter Mazarinum negantem affirmantemque Longavillæum : in quo Priolus noster primas partes tenuit, solertissimo quidem ingenio egens, quum neutri, amborum famulus, displicere vellet. Quod narrat in historia : « Testis, inquit, advocor, præsente Aureliano et Condæo : id quod rei erat fideliter refero. Uterque ab Aureliano damnatur, Longavillæus quod nimis stricte laxa verba interpretaretur, Mazarinus quod suspensis verbis quorum illi copia sine fine Longavillæum lactasset spe inani[3]. » Evasit igitur ab insidiis Priolus veritatem semel

[1] Priolus, II, p. 68.
[2] G. Priorato, I, p. 33.
[3] Priolus, II, p. 68.

dicendo. Mazarinus in codicibus de Havrææ arcis dissidio non eadem admodum narrat [1]. Nemaurosia autem in commentariis, pietate erga patrem permota æque Mazarinum et Priolum damnat. « Le ministre ne passait pas pour avoir une fort grande délicatesse sur l'exécution de ses promesses, et Priolo était un fort grand menteur. Ainsi on n'a jamais pu savoir au vrai lequel des deux avait menti; mais ce qu'on a cru de plus vraisemblable sur cela, c'est que le cardinal en avait peut-être moins promis que Priolo n'en avait avancé, et plus fait espérer que n'en avoua ce ministre. M. de Longueville, dans cette occasion, ajouta plus de foi à son secrétaire qu'au cardinal. [2] » In quo videtur mihi Nemaurosià nimium patri in dulsisse : utpote quæ Priolum apud ducem a Mazarino delatorem collocatum esse nesciret.

Multa, paucis post mensibus, Longavillæum impulere ut deficiendi occasionem captaret Fundæque in partes aperte transiret. Ad id enim promovebatur quum contumeliarum supra dictarum memoria tum naturæ tractu ad turbida et inquieta sine fine vergente sive etiam Corinthii archiepiscopi impulsu qui ducem nominis principis sanguinis vana spe demulcebat [3]. Itaque, in congressu Nœsiaco, Corinthius archiepiscopus, Longavillæa, Marsillacus, non dubitavere quin factionem copiis et pecunia augeret Longavillæus[4] In quo eos nimium duci confisos

[1] *Rev. Hist.* IV, p. 118. « De cette façon, j'ai répondu à M. de Longueville, quand m'a fait la proposition du Havre lui faisant connaître que, outre les difficultés que l'affaire avait et si quand la place serait vacante, il aurait grand tort à me croire si lâche que de pouvoir être l'instrument de la ruine de celui qui porte le nom et est l'héritier de mon bienfaiteur. »

[2] *Mém. de la duch. de Nemours*, p. 411. De hâc omni re. Cf. Aubéry, (*Histoire du cardinal Mazarin*, t. II, v, p. 3.)

[3] Priolus, III, p. 27.

[4] *Mémoires du marquis de Montglat*, collection Petitot, t. L, p. 137.

esse ulterius demonstratum est: is enim, quum Fundæ sese incipiente anno 1648 palam addixisset, paulo post, in Normanniam secessit, quomodo res verterentur procul a Parisiis exspectaturus. Priolus narrat, postquam Rex et Mazarinus Ruellium sese receperant, variis tractationibus, rerum conscium, se primum admotum esse: quo significare videtur se hactenus scribæ vulgaris partes explevisse, ab eo autem tempore arcanis Longavillæi et Condæanæ domus familiariter admixtum esse. Itaque in historia superbe exclamat : « Quidquid in occulto patratum est, quidquid ascito fuco dissimulatum, non quidem ignoratum, clarissima in luce traducam. Spe et metu libera, futura ætas recte factis applaudet et his diversa exsibilabit [1]. »

Postquam rex cadente octobri Lutetiam rediierat, duobus fere post mensibus cardinalis, non ultra in urbe rebellione plena sistendum ratus, fuga nocturna fanum Sancti Germani petere cum tota aula decrevit. Quod sexto die mensis januarii 1649 mane factum est. Dum autem fere omnes, Regi Reginæque matri devoti, sic exsulabant, Longavillæus qui tum erat in Campania quo filiam monialem quam ex concubina pridem habuerat, visum ierat, Fanum Sancti Germani adire jussus fuit [2]. Paruit extemplo, quanquam jam deficere constituerat, ibique fugam paravit, ita tamen anxius pro more suo et naturæ forma ut Rupifucaldius timuerit ne omnia principi Condæo, sive principis ipsius metu, sive aliquatenus probæ indolis vi detegeret [3]. Profectus est tamen a S. Germani fano, quanquam frendens gemens que et si Mottavillææ creditur, Contium orans ut

[1] Priolus, III, p. 24.

[2] Joannis Labardæi, Matrolarum ad Sequanam marchionis, *de rebus Gallicis historiarum*, libri decem, Parisiis, 1671, VI, p. 353.

[3] *Mém. de la Rochefoucauld*, coll. Petitot, LI, p. 402, 403, Montglat, coll. Petitot, L, p. 147.

secum ad regem redire vellet. Venere noctu cum nonnullis sociis ad sancti Honorati portam, postulantes ut sibi urbem ingredi liceret [1]. Paucis post diebus, Longavillæus ob honores in parlamento sibi negatos mærens, sese in Normanniam recepit, multa, ut fert Priolus, et præclara minatus, solo tamen animo obtinendi aliquid a rege, factionis relictis studiis quibus nunquam valide incubuerat [2]. Quid egerit Rothomagi quo cum Beuvronio (Beuvron) improvise, Palatii veteris muro scalis trajecto, advenerat [3] non nobis narrandum : bellum cum copiis regis leviter gessit nec desivit ad Parisios litteras mittere quibus se mox cum exercitu venturum profitebatur. Interdum autem fœdus cum Mazarino moliebatur : de quo apud Priolum: « Longavillæus expectabat anxius, donec erumpentibus studiis posset addictos aut regi aut partibus dignoscere, talibus indiciis res suas compositurus [4] » Liceat hic Priolum si non mendacii, saltem dissimulationis insimulare, quoniam ipse tractationes optime noverat a Longavillæo confestim post e Parisiis exitum inceptas esse, utpote qui tractatoris personam egisset. Accuratissime autem cavit in historia noster ne hæc omnia declararet, minus ducis famæ quam sui decoris reverentia. De quibus silent quoque ceteri hujus ætatis commentarii, præter comitis Gualdi Priorati librum quo quidquid ad proditionem Longavillæi Prioli que pertinet effuse narratum est. Audiamus igitur eum loquentem. « Et e fama che lasciasse a Parigi Priolo suo confidente per condurre a fine il suo accommodamento col

[1] Labardœus, VII, p. 412. Motteville coll. Petitot XXXVIII, p. 157.
[2] Priolus, III, p. 42, Labardœus, VII, p. 413
[3] Labard., VII, p. 424 Cf. quoque St-Evremond: « Retraite de M. de Longueville en son gouvernement. » Œuvres complètes. Amsterdam, 1726, t. I, p. 46.
[4] Priolus, III, p. 47.

Re. Per il qual affare, l'abbate Ondedei [1] mando Francesco Scappi suo di Casa sotto pretesto di portar procura al signor di Bluet, avocato al parlamento, perche senza intermizzione di tempo cercasse di salvare mobili restati nella sua camera dentro al palazzo del cardinale. Questo Scappi preso per una spia fu arrestato alla porta e condotto prigione nella casa della communita da dove fu poscia liberato per opera del sudetto Bluet, non essendosegli ritrovato et accortamente inghiottito. Si vide pero con Priolo, e seco tratto quanto occorreva, e questi sotto specie d'andare a trattar con alcuni capitani delle guardie Suizzare suoi conoscenti per tirarli al servitio de'Parigini, ottenuto passaporto dal Parlamento si condusse a Ruel e s'abboco coll' Ondedei, il quale oltre i negotiati del duca di Longavilla, che furono pero occulti e solo di parole, e di buone dispositioni in voce, vi venne per escoprire dal medesimo Priolo se veramente il principe di Conde haveva alcuna intelligenza col fratello [2]. » Ex his quæ refert Prioratus, intelligi potest Priolum, quod hactenus historicos latuit, non solum Longavillæo, sed quod cardinali majoris momenti, Longavillææ, Condæo et Contio vigilanter insidiatum esse. Postquam autem Priolus cum Ondedeo convenit, Longavillæus e Rothomago nobilem quemdam, nomine Antonvillam, omnino quidem, si Rezio fidendum, Mazarino et regi addictum [3] Ruellium miserat : neque tamen illi res videtur prospere successisse : nil

[1] Cf. *Gallia Christiana*, t. I, p. 441. Priolus vi, p. 44 : « Zongus Ondedeus vir Pizaurensis, Mazarino in primis addictus. » Fuit primum abbas, dein Forojuliensis episcopus: ex quo duos versus factos esse accepimus a litteris Patini (Ed. 1691, ii, p. 376).

« Nunc commissa lupo pastoris ovilia cernis,
Dedecus unde hominum, dedecus unde dei. »

[2] G. Priorato, ii, 85.

[3] Retz. *Mém.* Coll. Petitot xlv, p. 19 et 20.

enim nisi promissa ex pace Ruelliana retulit : ex quo Mazarino, quem tam diu nequidquam foverat, dux infensior novas proditiones, a Priolo, prout enascebantur, evulgatas meditatus est[1]. Causa novæ defectionis fuit Pontis Arcarum, urbis quidem mediocris, positæ autem in Normannia ad Sequanam regimen, quod sibi Longavillæus promissum esse mediis in tractationibus Sancti Germani et Ruellii contendebat : ex eo enim : « le cardinal avait promis de faire là-dessus tout ce qu'il pourrait pour le contenter[2], » quo nihil potuit dici laxius et obscurius. Ceterum negabat cardinalis : videbatur autem et in hoc ambiguis verbis usum esse ut ducis indefessas petitiones effugeret. Neque res exigua habebatur, ut Priolus in historia injuria asseverat[3], » quum arx de qua agebatur Sequanæ insideret distaretque vix quatuor millia a Rothomago in quo Longavillæus Normanniæ præfectus sedem constituere solebat. Dux autem, quum per se nihil exsequi valeret, per principem Condæum Pontem Arcarum obtinuit. Res eo mirabilior habenda quo Condæus usque ad hanc diem prohibuerat ne Pons Arcarum duci committeretur[4]. Accepimus a Priolo qui sine dubio huic toti negotio admixtus erat quamvis nihil de se in historia profiteatur, Mazarinum post Pontem concessam, firmum et immotum Condæi in carcerem com-

[1] Motteville, id., XXXVIII, p. 234. *Mém. de la duch. de Nemours*, p. 426. Priolus, III, 64.

[2] *Mémoires du Comte de Brienne*, coll. Petitot, XXXVI, p. 155.

[3] Priolus, IV, p. 44, 45.

[4] « Il avait même dit qu'il valait mieux hasarder le tiers du Royaume que de le faire. » *Mém. du Comte de Brienne*, XXXVI, p. 155. Cf. *la Rochefoucauld*, LII, p. 5. *Mémoires de Lenet*, coll. Petitot, LIII, p. 36, 37. *Mademoiselle de Montpensier*, *Mémoires*, Collection Petitot XLI, p. 132 : « Cela, fit un grand bruit à la cour : on le lui donna à la fin et M. le Cardinal Mazarin faisait toujours ainsi; il promettait légèrement et quand il en fallait venir à l'exécution il faisait des querelles pour s'en débarrasser et après quand il était pressé, il le donnait d'une manière qu'on ne lui était pas obligé. »

pingendi consilium suscepisse : quod paucis post mensibus summa constantia exsequi non dubitavit. Ceterum Priolus eo temporis momento labore et curis minime egere videbatur : aliis enim tractationibus intererat quas in historia præmittere curavit : ex codicibus Mazarini accepimus quæ illius gratia et officiis tum agebantur, præsertim ad matrimonium Beaufortii cum Longavillæi filia pertinentia ; scribit enim cardinalis quæ sequuntur, nondum in lucem edita :

« Priolo met venu voyr de la part de M. de Longueville pour me dire qu'il travagliayt pour retirer M. de Baufort et qu'il valayt mieux de le faire par douceur que entreprendre sa perte qui serayt plus difficile qu'on ne croyait. Il se sert de la Boulé[1] pour cela, lequel la Boulé a dit à Priolo si M. de Longueville consentirait au mariage de sa figlie pour Baufort et qu'avec cela tout pourrait être accommodé. Priolo dit que l'inclination de M. de Longueville y et toutte entière, que M[lle] de Longueville et toute contraire et que M[me] de Longueville aussi n'y est disposé ayant dit à Priolo qu'il fallayt rompre absolument le mariage, Baufort vivant fort mal avec elle et même M. le Prince Marsillac contribue beaucoup à cela étant mal satisfayt de M. de Baufort et du coadjuteur[2]. » Hæc quidem a Priolo circa mensem junium anni 1649, antequam de Ponte Arcarum ageretur, ægre tractabantur : in contraria enim versabatur noster, hinc Longavillæi ducis mandata exsecuturus, illinc autem imperiosam Longavillææ mentem alte recordatus. Quantum in ancipiti hæserit tractu Longavillanæ domus bifrons famulus,

[1] Maximilien Eschalard, marquis de la Boulaye ; videtur hic secreto fuisse Mazarino addictus.

[2] *Carnets de Mazarin*, n° 13, f° 13, r° et v°.

inter duos conjuges admodum ut mos erat discordantes suspensus, ex codicibus plane constat : « Priolo et embarasé et ne sayt que faire voyant d'un côté la disposition de M. de Longueville au mariage et de l'autre l'aversion de sa femme. La résolution de Priolau et de conseiller la Boulé de s'adresser à Mme de Longueville de la part de Baufort pour luy faire des compliments et l'assurant que sera entièrement obéie (?) l'obliger à l'appuier (?) dans l'effectuation de ce mariage[1]. »

Ceterum de his nuptiis non amplius tractatum est, repugnantibus quum Longavillæa tum Beaufortio : aliquo post tempore, sub fine anni 1649, novis de alio matrimonio colloquiis interfuit Priolus. Quum enim eo tempore Condæus et Longavillæa cardinali insidias struerent, Havræamque arcem cui præerat dux Richelius, occupare meditarentur venit amborum in mentem hunc ducem cum Catharina Poussarta Vigena, marchionis Pontiaci Albretani vidua, matrimonii vinculis conjungere. Quod factum est, præside Condæo, nesciente autem Longavillæo, Triæ[2], qui Longavillæi ipsius ducis prætorium erat. Quantum hoc offensus fuerit cardinalis, vix dicere operæ pretium est quum unam ex neptibus suis duci Richelio destinavisset. Hic sese Priolus in historia inducit agentem : « Ego, inquit, Mazarinum adii, non nomine Condæi, sed Longavillææ ut eum de totâ re peracta certiorem facerem. Ille vultu in simulationem composito, ut ejus mos, respondit : an legitime matrimonium contractum fuerit nec ne hoc a tribunali judicum pendere : nec suum esse immiscere

[1] Carnets *loco citato*.

[2] Trie-Château au confluent de la Troesne et de l'Aunette, canton de Chaumont, arrondissement de Beauvais (Oise).

se negotio a cujus notitia omnino fuerat exclusus. Et cum Richeliano unam ex neptibus suis destinâsset, in gratam avunculi memoriam, sibi videri subridens dixit neptem suam non cedere Catharinæ Poussartæ. Mihi certe non constitit hominem permotum, usque adeo vultus sermonisque potens tota vita fuit. Intus tamen, animo exulcerato, quod Condæanorum moliminum nullus finis esset[1]. » Quanquam Richelius, Havræa arce confestim post nuptias occupata, sese in fide reginæ tamen mansurum litteris mandarat, cardinalis pœnas ex Condæo repetere ab ea die constituit: quod paucis post diebus factum est. Neque primum idem de Longavillæo decreverat : dux enim, primo iræ motu, sese reginæ Mazarinoque fideliter addicendi consilium ceperat. Testis fuit Priolus, fortassis et auctor, prout suspicari fas est : quidquid enim ad jamdiu constitutum cum aula nostri hominis consensum pertinet a Priolo accuratissime, nec injuria, in historia prætermissum est. Notat hæc tantummodo Priolus. « A regina et Mazarino, me præsente, (dux) præteritorum supplex veniam petit: obsequium et fidem adversus quoscunque pollicitus [2].» Utinam in tali mente hæsisset : vicit autem Condæanus timor: vicere et matris Condæi lacrimæ quæ generum cum filio ita conciliavit ut non minus fidem Longavillæus Condæo promiserit quam Reginæ et Mazarino pridie fecerat. Nil potuit fieri ineptius, quum Mazarinus videretur in clementiam et mansuetudinem erga ducem sincere inclinaturus. « E cosa certa, affirmat Prioratus, che la Corte non era mal intentionata contro il duca di

[1] Cf. Gualdo Priorato IV, p. 69-70.

[2] Priolus, IV, p. 50. Priorato, IV, p. 72. Ex Labardæo Longavillæus dux reginam et Mazarinum allocutus est (Lab., VIII, p. 500).

Longavilla[1]. » Nec aliter Priolus : « Hactenus Mazarinus Longavillæum a societate carceris segregaverat : sed cum viri tam dubiam fidem experiretur pari ruina cum affini eum involvere statuit [2]. » Videtur ita eo verbo : « Hactenus, » tam certo limite cardinalis propositum Priolus determinasse ut mihi minime dubium sit illum de captivitate Longavillæi, antequam fieret, præmonitum esse, etsi in historia sese omnia expertum esse ut ducem ab omni periculo secerneret, sit professus. Narravit porro eo facilius quæ omnia in constituta die fuerint facta, quod et ipse ubique præsens interfuerat. Nonnulla sunt tamen quæ, ut videbitur, silentio prætermiit, sui suæque famæ cautissime providus. Ipsum autem audiamus : « Tandem venit decretoria dies, decima octava fuit januarii mensis anno 1650 qua bene mane adfui Mazarino, ut meus mos, nomine trium principum quædam non ita magni momenti rogaturus. Intrat postmodum Condæus qui dum auribus Cardinalis allabor et incepta perago Lioneo familiariter nescio quid insusurrabat. Discedentem me monet Condæus Longavillæum accersendum, quia, cum de Couturii captione ageretur, poterat moderari motui, si quis oboriretur, per Corinthium agnatum et amicum.» Bene habet : hæc sunt quæ retulimus belle descripta, reticuit autem Priolus multa. Animadvertendum est enim primum Priolum quæ nomine trium principum esset mandaturus omnino omisisse : secundo loco, quod gravius, quæ a Mazarino, ut duci traderentur, acceperat verba non minore negligentia oblitum esse. In quo habemus testimonia ex aliis locis deprompta : quid

[1] G. Priorato, IV, p. 73.
[2] Priol. IV, p. 51. Cf. quoque *Retz*. Coll. Petitot, XLV, p. 99.

enim Mottavillæa? « Le matin de ce jour, le prince de Condé alla voir le cardinal qu'il trouva occupé à parler à Priolo, domestique du duc de Longueville, à qui il dit mille douceurs pour son maître, le priant de se trouver après midi au conseil [1]. » Clarius autem et explicatius loquitur G. Prioratus: « La mattina 18 genaro, Priolo che teneva tutti i secreti e negotiati di Longavilla in mano, e maneggiava gl'interessi d'esso duca appresso alla Regina, e la Corte, ando per vedere il cardinale, il quale parlo seco fuor del suo uso con molta lode di Longavilla, e si mostro di lui grandemente sodisfatto: onde che le altre volte, si lamentava col medesimo Priolo et entro a dirgli che il duca era troppo stretto seco, che non gli mostrava alcuna confidenza, che non si prendeva alcuna cura di procurare qualche vantaggio al nipote et alle nipoti sue et alle cose simili. » Igitur ex his constat Mazarinum de Longavillæo cum Priolo locutum esse: quod frustra in historia Prioli quærimus. Addit autem Prioratus, Mottavillææ instar, Priolo a cardinale ita commendatum esse ut dux concilio eodem die sub vespere interesset: « Nel licentiarsi poscia Priolo dal Cardinale, questo gli disse, che sarebbe bene che il duca si lasciasse vedere quella sera, perche si trattarebbe della pace generale e di far prestar il giuramento al marchese d'Eghetot, figlio del

1 *Me de Motteville*, xxxviiii, p. 439. Gualdo Priorato iv, p. 78. Cf. aliud opus ejusdem scriptoris, *Historia del ministerio del cardinale Mazarino primo ministro della corona di Francia descritta* dal Conte G. Priorato Colonia, 1669, I, p. 69. « Per allettare poscia il duca Longavilla a contravenire al concerto che teneva con li cognati di non trovarsi mai tutti tre insieme al consiglio, fece credere che in quella sera di 18 Genaro 1650 si sarebbe trattato dell'affare del marchese di Beveron, suo confidentissimo: onde per l'interesse di favorire l'amico, si scordo ogn' altra consideratione, e non ostante che il signor *Priolo* suo familiare l'auvertisse di non andar al consiglio, volle andarvi. » Cf. quoque Aubéry, *Hist. du card. Mazarin*, t. II, l. v, p. 70.

marchese di Beveron, per la sopravivenza della carica di tenente nel governo della Normandia. » Idem in commentariis Rupifucaldii adscriptum est : « Le duc de Longueville était à Chaillot et le cardinal lui manda par Prioleau son agent qu'il parlerait le jour même au conseil de la survivance du vieux palais de Rouen en faveur du fils du marquis de Beuvron, dépendant de lui et qu'il la lui remettrait entre les mains, afin que cette maison la tînt de lui[1]. » Quam bene autem Prioratus, de his omnibus monitus fuerit, testatur quoque libellus cui titulus : « Histoire de la prison et de la liberté de M. le Prince[2] » imponitur : in quo « on manda M. de Longueville sous prétexte de dépêches reçues de Munster » : testantur insuper codices ipsius Mazarini in quibus, pro more, quæ sibi ea die essent agenda notaverat : « Priolau à M. Longavilla de venir au conseigl pour la paix, » quod Cheruel retulit in historia[3], non ita tamen fideliter ut una quæ sequuntur citaverit, Priorati admodum veritatem probantia. Adjecit enim cardinalis in codicibus duo tantum verba : « Equetot, serment[4]. » Erat porro Egtotius marchionis Beveronii filius. Quare autem Priolus ea omnia quæ supra retulimus, omnino in historia neglexerit, quum contra Condæi ad Longavillæum mandata recordaretur, manifestum est scilicet ut Mazarinus a crimine Longavillæi dolis in consilium adducti immunis videretur, unaque ipse Priolus eadem culpa cujus reipsa particeps fuerat, eximeretur. In hâc enim comœdia quæ captivitate principum

[1] *Mém. de la Rochefoucault*, coll. Petitot, LII, p. 23.
[2] Paris, 1651, sans nom d'auteur. Creditur auctor fuisse « Claude Joly ».
[3] Chéruel, III, p. 368.
[4] *Carnets de Mazarin*, XIV, p. 116.

perorata est, abjectissimam proditoris personam Priolus sustinuit, ducem, patronum suum, cujus omnia arcana penitus noverat, in insidias attrahens, vilissimasque istas partes exquisita admodum amicitiæ et fidei simulatione fucans. Quid multa? Dum mandata Mazarini ad ducem fideliter ferebat, eum simul, ut sibi posticum pararet quo posterius patroni iram placare posset, monebat ne aulam se conferret, verbis tamen ita obscuritate implicitis ut Longavillæus minime lucida scribæ suæ consilia exsequi nequaquam curaverit. Respondit enim, Mazarini promissis confisus: « Posse fieri ut principi injicerentur manus: sed frustra moneri qui omnia cum sorore spernebat: se autem, cum pridie cardinalem conciliâsset, nihil timere [1]. » Hinc se ex rure suburbano, ubi degebat, Lutetiam cum Priolo et quibusdam aliis se contulit [2]. Penes autem fuit adhuc Priolum libertatem ducis asservare: is enim, quum domum petiisset, anxius, sive proprio naturæ motu, sive aliunde monitus, Priolum ad Cardinalem rursus remisit, utrum foret concilium annon interrogaturum. Quo viso, constat Mazarinum maxime turbatum esse, perinde ac si omnia adoperta esse credidisset: concilium tamen eo die futurum esse asse-

[1] Priolus, v, p. 4. Cf. G. Priorato IV, p. 79: « Rispose al duca ch'erano sospetti e non realta e che voleva andarvi per far servitio al marchese di Beveron. »

[2] G. Priorato IV, p. 79. « Salirono per tanto in carozza il duca, il presidente di Thou, Priolo e Beveron, e guinti in Parigi: il duca tendendo verso casa sua invio Priolo a chiedere al cardinale se fosse consiglio e no: il cardinale vedendo Priolo a quelle hora resto grandemente turbato, credendo esser il negotio scoperto, e pero contenendosi in diversa apparenza ordinogli di far intendere al duca chél consiglio si sarebbe tenuto. Ando Priolo ad'avisare il duca: magli aggiunse dhaver veduto il cardinale tutto turbato e che senza dubio si tramava qualche cosa di grande quella sera. Replica il duca trattisi cioche si vuole, sono risoluto d'andarvi. Priolo rispose che facesse quella gli pareva, ma che non lo poteva se non sconsigliare d'andargli. »

verávit. Redux Priolus quæ audierat videratque duci in fixa statutaque sententia hærenti narravit. Hæc sunt a G. Priorato relata: de quibus siluere alii ejusdem ætatis scriptores: silet quoque, quod mirabilius, Priolus ipse. Quæ quum ita sint, non amplius aulæ curiosam garrulitatem, Prioli doli et insidiæ quantumvis astutia maxima res gestas dissimulantis, latuere: inde fama fuit, nescio quo ex fonte orta, fuit tamen, illum secreto cardinali famulatum esse: itaque de eo crevêre ita rumores ut Mazarinus, quo melius suspicio deleretur, illum in exsilium adigere fuerit coactus. Jussus fuit Priolus Turones se recipere: quod a Priorato accepimus: quippe sese pænâ simul ac patronum afflictum esse admodum Priolus in libro oblitus est: « Ego circa summa facinora distentis, puto quia minor, evasi[1] ». Neque Longavillæus sese ab eo proditum esse ulterius suspicatus est, sive naturæ generosæ aut periculi male consciæ optima inclinatione, sive Prioli consilia favoremque quo is apud ducem Rohannium usus erat, meminisset[2].

Quæ per captivitatem ducis egerit noster, dum omnis

[1] Priolus, v, p. 9.

[2] G. Priorato, iv, p. 84, 85. « Fu in pensiere il cardinale di far arrestare anche Priolo, confidentissimo del duca di Longavilla: ma considerando poi c'haveva trattato seco sempre con buoni e sinceri termini, e che di lui si poteva in ogni caso valere per introdurre qualche negotio con Principi, contentossi di fargli sapere che si ritirasse alla sua casa di Tours, come fece, non senza qualche ombra d'essersi inteso con la Corte et haver tenuta mano alla carceratione de' Principi: ma consideratesi poi le forme con quali haveva verso d'essi proceduto et i consigli ch'haveva dati al duca suo padrone, di non andare al Palazzo Reale quel giorno, resto tuttavia nella loro buona gratia, e fu impiegato ne piu importanti e secreti maneggi della corté, come finissimo di spirito, per esser stato longo tempo, e fino alla sua morte in stretta confidenza d'Henrico, duca di Rohan, i piu importanti negotii del quale, passavano per le sue mani, e parti corlamente al tempo della guerra che si fece in Valtellina, dove presto servitii molto signalati al medesimo duca, che se ne di chiaro molto contento e sodisfatto. »

domus passim dispergebatur, parum liquet. Suspicandum illum quod temporis satis esse fuerit visum, apud Turones mansisse et postea Lutetiam citissime repetiisse : quod constat ex Mazarini quinto et decimo codice, in quo scriptum est, circiter finientem annum 1650. « Faire venir M. de Roan et Priolau, M. de Longueville ne devant pas être négligé[1]. » Confidendum quoque illum cum Longavillæo nescio quæ commercia sive per litteras sive alio quodam modo instituisse : refert enim in historia de captivitate principum certa quædam et nova quæ ceteris in commentariis frustra requiras. Neque magnopere mirer si Priolus ipse fuerit pro parte suâ auctor dolorum quibus principes trucem Barii vigilantiam deludere consueverant : ceterum jocosissima quæ Priolus aut quisquis alius ad id fuerat commentus. Refert enim ita noster : « Ad captivos nunc redeundum : Primi octo dies, tanquam sepultis et terra obruptis, fluxere. Illinc singulis horis, omnium rerum gnari facti sunt, sive per dolosum atramentum cujus enodator ignis aperta recludebat : sive per chartulas insertas scutatis, ad id mira arte cavatis innocente metallo : sive per sacerdotem qui inter missificandum, loco sacri novum Evangelium nuntiabat, sive Barius affixos retrorsum codicillos ad captivos inscius deferret, ipse sui proditor : etsi pervigil morose singula anquireret, corruptelæ omnis immunis, carcerario tantum quæstu refocillatus[2]. »

Reducitur porro Priolus in scenam, eo tempore quo Mazarinus, fatis urgentibus coactus, Havræam arcem, principum liberandorum causa, adire parabat. Qui quidem,

[1] *Carnets de Mazarin*, nº 15, p. 21.
[2] Priolus, v, p. 27, 28.

quum, profligatis licet rebus, e naufragio tamen evadere speraret, dummodo cum captivis colloqui posset, neque nesciret quantum Longavillæus Prioli ingenio et solertiæ confidere esset solitus, eum sibi comitem adjungere constituerat. In eo rerum momento Priolum fidelissimum testem et optimum narratorem reperimus : explicat enim in historia quomodo cardinalis, Havram versus per mediam Normanniam, magnifico comitatu, populis spectantibus iter instituerit « Eadem, inquit, oris constantia quæ valenti adfuerat abeuntem comitabatur. Sine ulla ostentatione agendi, ut ejus mos, quæ agenda erant, curaverat : moribus vigore ac lenitate ita mixtis ut nullus tranquillitatem validius diligeret aut facilius sufficeret tempestati : ubi res vigiliam exigeret exsomnis : tantum in illo discordante fortuna ut cui modo ad victorias terra defuisse videretur, deesset perfugium et asyli locus : ac quod non credibile inter tot devinctos pauci opem præberent[1]. » Quantum autem in hac turbidissima tempestate Mazarino constantia, animi et corporis vigore, vigilantia opus fuerit, apud Priolum legendum, quum plerique qui comitabantur, in pejus cardinalis fortuna ruente, in despectum ejus sensim inclinarentur. « Ad tertiam metationem cultus in Mazarinum obsolescere neque enim Gallorum est, nisi eos severe habeas, diu in obsequio permanere. » Addit quoque Priolus, non sine quadam calami alacritate : « Pro præsenti sorte blandus in omnes Cardinalis, ideoque statim despectui, perrumpi, non intrari ejus cubiculum, tumultuarie mensæ adsidere, rapere, non sumere cibos, garrire ac se mutuo interpellare qui antea humillimi assentatores : eques lascivire et in oblatos gre-

[1] Priolus, VI, p. 2 et 3.

ges et armenta grassari : Neustrii, vel minimam damni speciem ferre indociles, armari et de pecore abacto ad Mazarinum querelas deferre. Hæc tunc præcipua viri cura qui repente per Paluaussium reddi rapta jubebat, aut damnum sarciri ex æquo : maligne parebatur [1]. » Quæ quum ita essent, urbem tamen quam petebat attigit cardinalis : arcem solus cum Paluaussio et Priolo subiit [2]. Neque injuria de his superbe exclamat in libro suo noster. « Habuit in his omnibus nostra mediocritas locum : nihil imputo posteritati, nisi oculis et auribus exploratum [3]. » Idem asseverat Gualdus Prioratus « non fu permessa l'entrata ad altri che al conte di Paluau et al signor *Priolo*, questo perche confidentissimo del duca di Longavilla e de Principi, si potesse adoperare nel trattar con quelli [4]». Præstitere autem apud Longavillæum Condæumque Prioli consiliis captivitatis memoria libertatisque amor : ne locutus quidem est cum cardinale Longavillæus. « Il duca di Longavilla, ut fert G. Prioratus, e'l principe di Conty volevano uscire incontinente, e andarsene senz'aspettar altro [5]. » Condæus autem, quo tranquillitatem animi apertius profiteretur, ceterum ratus sese in posterum ab insidiis et catenis tutum fore, mensæ cum Mazarino aliisque principibus et cardinalis comitibus, præter Priolum, assidere maluit : non erat enim noster is qui cum amplissimis his viris accumbere soleret [6]. Dubium an adfuerit sermoni

[1] Priolus, VI, p. 7.
[2] Ibid., VI, p. 10.
[3] Ibid., VI, p, 12, 13.
[4] G. Priorato, V, p. 75.
[5] Ibid., V, p. 76.
[6] Ibid., V, p. 76. « Ma Conde, monstrando non haver punto di fretta, chiamo prima da pransare, e senz'altre ceremonie si posero alla menza li tre principi il cardinale, Grammont, Paluau, Lionne e Goulas e mangiarono con la medesima domestichezza comme se stati fossero semper buoni amici. »

quem Mazarinus post prandium habuit cum Condæo : eum enim narrat ancipiti quodam modo, nusquam tamen sese hic præsentem fuisse affirmans, summamque verborum Mazarini tantummodo indicasse contentus [1]. Hinc cum Longavillæo Havræa arce, inter populi plausus, relicta Lutetiam Priolus rediit.

Utrum Priolus, dum cardinalis Bruellii exsulabat, per litteras communicare cum eo perseverârit, necne, plane affirmare non ausim, deficientibus quidem indiciis : videtur tamen, ex Mazarini epistolis, illum ad tempus de Longavillæi rebus gestis quædam ad cardinalem retulisse : dux enim, licet, cautior timidiorque captivitate factus, ætatem Rothomagi degeret perque filiam suam Servienumque inducias cum aula pacisci tentaret [2], Condæaneis partibus seu principis metu sive alia ex causa, palam adhuc addicebatur : itaque in epistola ad Lioneum sic ferebat Mazarinus: « Il faut que la reine tâche, se prévalant de la mauvaise satisfaction que l'on dit que M. de Longueville a de M. le Prince, de l'engager à elle. Je crois qu'elle l'y trouvera disposé, et Prioleau pourra utilement servir en ceci, Sa Majesté ayant M. de Longueville demeurerait en cas de besoin, s'il arrivait quelque grand désordre, en toute sûreté dans la Normandie et le Parlement de Rouen se conformerait assurément en tout et partout à ses volontés [3]. » Neque fefellit spem Mazarini Priolus. Quum enim sexto julii mensis die anni 1651 Condæus Lutetia relicta, insidiarum vitandarum causa, prætorium dictum Sanctum Maurium (St-Maur) petiisset, et jam in eo esset ut bellum civile meditaretur, Longavillæum inter ceteros sibi adjungere conatus est, et

[1] Priolus, VI, p. 12.
[2] *Mém. de la duch. de Nemours*, p. 491 et suiv.
[3] Chéruel IV, ch. III, p. 349.

Priolum domum accersivit. «Vocatus, inquit Priolus, San-Maurium, adfui principi, frigide exceptus quod Reginam de fide Longavillani, se inconsulto, certam fecissem : nihilominus non detrectavi Rothomagum ad Longavillanum properare, ita rogante ipso principe, ut traherem in partes si fieri posset suspensum et incertum sui mortalem et libertatem impetrarem sorori Biturigas ad Carmelitarum cænobium se recipiendi[1]. » Vergente autem in perniciem Condæi fortuna, Priolus, ut ipse in historia fatetur, Longavillæum non prius adire decrevit quam veniam discedendi a Regina ipsa impetrasset : qua concessa, convenit Longavillæum, potius reginæ et Mazarini quam Condæi causam acturus. Fluctuabat autem dux inter diversa : « Sectari affinem principem per freta et scopulos quos subibat alea periculosa, deserere eum judicabat periculosius, quia consummato Condæo Longavillanus præda manebat [2]. » Infelicem Condæum male duci, male Priolo præsertim confisum. Redux enim Priolus reginæ retulit quæ acta dictaque fuerant, asseveravitque se reperisse ducem Longavillæum in fide regi debita, multis aliis insuper adjectis de amicitia ducis erga Condæum. Quæ omnia, siquidem Priolo credimus, Regina placide audivit, certa nec provocare bellum nec timere [3]. Duobus circiter post mensibus, quum appeteret majoritatis regis dies a cujus solemnitate Condæus abesse constituerat, Prioli adhuc opera usus est ut reginæ suaderet e republica esse ut cum Longavillæo conveniret, magnis de rebus agendis. Nec mirum assensisse reginam, utpote quæ postea ex ore Prioli intima Condæi et Longavillæi consilia esset excep-

[1] Priolus, VI, p. 35.
[2] Ibid., VI, p. 36.
[3] Ibid., VI, p. 37.

tura. Repugnabat contra Longavillæus, ne sensim ad bellum civile cogeretur : « Impuli ego, inquit Priolus, ut assensum præberet congressui, cum Reginam hoc ab eo exigere per litteras anxie monuissem [1]. » Convenere igitur Triam, Longavillæus primum qui hactenus Condæo ambigua per Priolum pollicitus erat, dein Condæus qui paucis, scilicet Jarzeo et Montespanio, comitantibus per Pontizaram iter fecerat. Aderat quoque noster quem principes (adeo amborum occæcati erant animi) colloquiorum suorum participem esse voluerunt, unus, ut suspicari libet, quod maximam Prioli ingenii auctoritatem apud ducem penitus noverat, alter autem quod sese in Prioli vi et constantia adversus suam propriam imbecillitatem auxilium et opem inventurum confidebat. De Priolo autem ipso quid, nisi male, dicendum, qui talium virorum et imprimis Condæi amicitia et fide abutebatur ut eos, quæstus sine dubio minimi gratia, proderet ? Postridie majoritatis solemnitatem Condæus, quum ex Contii litteris quæ Lutetiæ acta essent pessimamque erga se reginæ et regis voluntatem, audivisset, ratus bellum civile sibi unicam salutis spem in posterum fore, Longavillæum, teste et præsente Priolo, aggressus est. Spretis ducis prudentis-

[1] Priolus, vi, p. 53. Cf. quoque Montglat I. p. 294. *D. de Nemours*, p. 512. Ceterum hæc omnia optime narrantur in libro adscripto *Histoire de la vie et actions de L. de Bourbon, prince de Condé*, à Cologne 1694 (par la Brune), t. II, p. 156. « C'est pourquoi il se servit de l'entremise de Prioli *(sic)*, gentilhomme vénitien, pour faire entendre à la Reine qu'il avait d'importantes affaires à régler avec le duc de Longueville et que le public même avait grand intérêt qu'elles se terminassent au plus tôt entre eux. Ce gentilhomme était secrètement attaché au cardinal et pensionnaire de la cour. Il s'était rendu agréable à la Reine par son esprit et par plusieurs services qu'il lui avait rendus en diverses rencontres aussi bien qu'au cardinal. Aussi il n'eut pas de peine à faire agréer à S. M. l'entrevue que le prince désirait avoir avec le duc de Longueville qui n'y voulut pourtant consentir que sur l'assurance secrète que Prioli lui donna par écrit qu'il rendait un service très agréable à Sa Majesté. »

simis consiliis qui concordiam et pacem prædicabat [1], eum, ut arma capesseret mediaque in Normannia vexillum erigeret, vehementer interpellavit. Quumque Longavillæus parum tutam esse et fidelem Normaniam regereret : « Ergo, inquit Condæus, tu me deseris et vindictæ relinquis ? » Commotior Longavillæus : « Non hoc faciam, inquit, et pereant potius omnia mea : per quæcunque adversa ibo tibi comes et omnibus viribus tecum periclitabor. Dextram dextræ sociarunt, mutua fide promissâ [2]. » Hæc sunt, a Priolo accepta, quibus historia ejus digna esse videtur quæ posteritati tradatur : dolendum autem est hæc omnia non fuisse gallice scripta, quo ad litteram expressius etiam nobis essent reddita. Quid in hoc colloquio Priolus suaserit conjectare libet, nec injuria scripsit in historia la Brune. « Prioli qui avait la confiance de tous les deux ne tendait qu'à fortifier adroitement le duc dans sa résolution, afin de découvrir plus à fond, par sa résistance, les véritables desseins et toutes les intrigues du prince [3]. » De Priolo contra nihil apud Gualdum Prioratum [4]. Ceterum a Priolo ipso potius quam ab aliis quid per hoc tempus egerit repetendum. Narrat enim, usque ad imprudentiam vanitate inflatus, sese, postquam Condæus ex Tria discessit, Lutetiam rediisse, rationem Reginæ redditurum habiti congressus. Adjicit etiam impudenter : « Ut vere dicam, inquit, peperci Longa-

[1] Priolus VI, p. 56, 57. « Hæc et similia Longavillæus quæ eo audentius affirmo quia solus ea audivi. »

[2] Ibid , VI, p. 57, 58.

[3] Labrune, II, p. 5.

[4] G. Prioratus de promisssis Longavillæi silet: « Ma il duca stando saldo nei concertati con la corte, come piu mature e di spiriti piu quieti non volle mettersi in questi embarrazzi sopra incerte speranze, e cosi appagatolo di belle parole si tenne saldo a quelle massime che stimava piu opportune al suo interesse; al quale non compliva tirar la guerra in una provincia, senza buone fortezze, e con piu probabilita di perdere quello che possedeva que di guadagnare cio che non haveva. » (VI, p. 142.)

villæo cujus fides Condeo promissa, evulgata, primos aulæ impetus in Normanniam derivabat [1]. » Missus autem ad Condæum eum reperit anxium quod in ipso belli apparatu omnia deessent. Quumque in tanto animi angore versaretur, « ei supervenit, inquit Priolus, a Longavillæo cursor cum litteris quibus se nihil in Normannia posse affirmabat, nisi prius centum mille scutatos a Condæo sibi debitos et cheimelia uxoris suæ in manibus haberet, quibus oppigneratis, conflaret vim aliquam pecuniæ ad primos bellicos sumptus. Ex illo Condæus nihil a Longavillæo sperandum duxit, nisi ambigua semper et inania [2]. » Hinc Condæus, sive desperatas nondum omnino res esse confidens, sive tempus discedendi in provincias parare molitus, Priolum Lutetiam misit qui a regina jamjam instantis novi ministerii quantulamlibet dilationem deprecaretur. Quod autem, fortassis ex Prioli consiliis negatum, belli civilis initium fuit. Asseverat in historia Cheruel quæ sequuntur : « Priolo ne dit rien de la mission dont il fut chargé, mais elle est mentionnée dans les lettres envoyées à Mazarin (*Affaires étrangères France*, t. CXXXIV, pièce 174 [3]). Quibus optimi scriptoris verbis non libenter assenserim. Quippe Priolus de his ambigue quidem, fatendum est, dixit : « Princeps,

[1] Priolus, vi, p. 58, 59.
[2] Ibid., vi, p. 59, 60.
[3] Chéruel, iv, ch. v, p. 420 n. 5. Cf. *Archives des Aff. étrangères*, t. 134, p. 174. *Nouvelles*.

Paris, 9 septembre 1651

« Le bruit estait hier grand que M. le Prince devoyt revenir aujourdhuy ou demain et en effet estant hier allé avec M. de Longueville à Chantilly, ils envoyèrent ici Prioleau avec une lettre de croiance pour asseurer Leurs Majestés qu'ils seraient ici dans trois jours pourvu qu'il leur plut de ne pas mettre dans leurs conseils M. de Chateauneuf, le premier président de Vieuville ; mais lorsqu'il arriva, la chose était faite, ainsi il n'y a plus d'apparence qu'ils reviennent si'ost. »

exitiosæ moræ non amplius patiens, Reginæ per virum cordatum æquas proponit concordiæ conditiones [1], captandæ occasioni securi excessus dum dolosis promissis aula mulceretur. » Quis fuit, quæso, ille vir cordatus? Videlicet Priolus ipse qui Reginæ Condeanorum consiliorum arcana detegendo prohibuit ne inducias cum principe pacisceretur.

Dum Condæus indefesso animo per Aquitaniam bellum sustinebat, dux contra Longavillæus domi manebat : et ut fert Priolus, ita se dubium præstabat, ut nulli palam eo tempore se addiceret [2]. Quum autem apud Ligerim dimicaretur, videreturque hebescere Condæi fortuna, dux, veritus rebus suis, et præfecturam Normanniæ relinquendam esse ratus, eam cum Maceriæ, (Mézières), Olypomontis (Mont Olympe), Castelli Renautii (Château-Regnault), Linchampii (Linchamps), et præsertim Carolopolis (Charleville), præfecturis mutare constituit. Quod ad perficiendum Gianum [3] (Gien), ubi constiterat aula, Priolus missus est « pacta, inquit Priolus, a Mazarino regis nomine et a me ducis nomine Giemii signata sunt [4]. » De hoc fœdere, inter Mazarinum et ducem Longavillæum constituto, nihil, ulteriore historiæ tractu, Priolus adjecit : constat tamen ex epistola Mazarini ad Priolum, dubium et inquietum mansisse ducem [5] :

[1] Priolus, VII, p. 60.
[2] Ibid., VII, p. 75.
[3] Gianum, Gienum, Genabum ? (Gien, dép. du Loiret.)
[4] Priolus, VII, p. 85. Olypomons? vel potius mons Olympus erat castellum quoddam juxta Carolopolim, in ulteriore ripa Mosæ positum : Castellum Renautii vel potius Rainaldi aut Reginaldi, (Château-Regnault, arrondiss. de Rhétel) : Linchampius? (Linchamps) (comm. des Hautes-Rivières, arrondiss. de Mezières.)
[5] *Archives des aff. étrangères*, v. 887/145, p. 72, p. 45.

MAZARIN A PRIOLEAU

Corbeil, 25 avril 1652.

« Je n'ay pas fait plus tost réponse à vostre dernier billet, parce que je croyois que vous pourriez venir icy vous-mesme : où nous aurions adjusté plus de choses en une conférence, qu'on ne sauroit faire par plusieurs billets : mais voyant les raisons qui vous empeschent de vous hazarder, je ne veux pas différer davantage à vous renvoyer ce porteur.

« 46 (Anne d'Autriche) a toute la satisfaction possible des procédés de 52 (duc de Longueville), et je suis ravy en mon particulier de ce que vous me mandez de sa part.

« Et pour répondre précisément aux points que vous me marqués, je vous dirai que je suis prêt de m'aboucher avec 52 en tel temps, tel lieu et telle manière qu'il luy plaira, et comme nous devons être après-demain à Saint-Germain, cela pourra faciliter une entrevue.

« 46 ny moi ne sçaurions conseiller ny consentir que 52 s'abouche avec 49 (prince de Condé), parce que, dans la constitution présente des affaires, le public et 52 en particulier n'en pourraient recevoir que du préjudice.

« J'aurais déjà eu une response positive sur l'affaire de Tigni sans un malheur qui est arrivé à celui qui me la devait apporter aujourd'hui. En tous cas, je la recevrai dans un jour ou deux au plus tard, et je ne désespère pas qu'elle ne soit conforme à ce que nous désirons; mais en cas que cela ne fût point, on ne prétend pas s'y prévaloir de ce qui s'est passé entre nous et eux, et on ne fera pas ce traité que sur ce que voudra 52 à qui 46 est très disposée de procurer des grâces de la nature de celles qu'il pourra souhaiter, pourvu qu'elles soient en sa disposition, et si

vous me faites sçavoir ce qu'il voudrait, je m'y employerez avec toute l'ardeur possible.

« J'aurais beaucoup de (mot illisible) de vous entretenir plus au long là-dessus, et si M. le Prince pouvait, qu'il m'en donne le moyen.

« L'armée du Roy est campée auprès d'Estampes où s'est retirée celle des princes avec quelque désordre.

« Il sera difficile qu'elle en sorte sans encombres, et si les plus forts doivent remporter l'avantage, il sera sans doute de notre costé.

« M. de Lorraine est entré en France avec toutes les bonnes dispositions que nous sçaurions ; voylà tout ce que je puis vous dire. »

Hactenus Priolum per continuum vitæ tractum, quasi in vestigiis ejus hærentes, sumus constanter secuti. Abhinc autem eo tempore usque ad annum 1656 quid egerit noster fere penitus latet. De his Rhodius obscure : « Priolus, inquit, se infeliciter partibus addixit : grande dedecus illa claritate studiorum, unde inconsultæ temeritatis diu pænas luit, cum ob infauste tentata multa contra fas et jura gratia regis excidisset[1]. » Apud Baylium clariora : « Aveuglé du brillant de M. le Prince, dont il avait pris le parti, il ne voulut point répondre aux bontés dont la reine mère le comblait, ni prêter l'oreille aux grandes promesses du cardinal Mazarin. De là sortit son malheur : il fallut qu'il se retirât en Flandre, son bien fut confisqué, sa famille exilée[2]. » Eadem in glossario Morerii reperiuntur : « Quand il fut à Paris, il suivit le parti du prince de Condé dans les mouvements de 1652, malgré les

[1] Rhodius, p. 3.
[2] Bayle, *Dict.* art. Priolo.

bontés dont la reine mère le combloit, et sans vouloir prêter l'oreille aux favorables promesses du cardinal Mazarin. Il fallut donc qu'il se retirât en Flandre, son bien fut confisqué, sa famille exilée. » Quantum autem in hoc erraverint Rhodius, Bayliusque et Morerius, manifeste patet. Demonstravimus enim Priolum usque ad annum 1652 reginæ et Mazarini stipendiarium famulum fuisse. Ex epistola Mazarini, quam supra retulimus, nondum a partibus regis mense aprili discesserat Priolus : imo etiam, mense septembri, quæ sequuntur ad cardinalem scribebat[1] :

PRIOLEAU A MAZARIN

A Paris, ce 8 septembre 1652.

Les choses se passent ici comme vous le pouvés désirer. C'est chose certaine que dans peu de jours je dois partir pour aller vers Votre Éminence, laquelle aura subject d'être satisfaite d'un tel point. Elle verra que j'ay bien fait de venir ici où je suis fort bien.

Je creu devoir sortir de Pontoise parce que Vostre Éminence aurait peu croire que j'étais là pour l'importuner, ce qui n'était point du tout dans ma pensée.

Je supplie très humblement Votre Éminence de faire fondement asseuré que je luy doy porter choses très-agréables, et que j'ai pris le biay que je devais prendre pour la bien servir.

Très humble, très fidèle et très obéissant serviteur,

PRIOLEAU.

[1] *Archives des aff. étrangères*, v. 884/142, p. 259, pièce 131.

Constat igitur ex hâc epistola Priolum eo tempore Mazarino adhuc fuisse addictum, quanquam, ut suspicari libet, Pontizaram, contra cardinalis voluntatem, reliquerat : qui autem fieri potuit ut Mazarinus de eo, duobus post annis, talia scriberet [1] :

LETTRE DE MAZARIN AU COMTE DE SERVIEN

De Péronne, le 16 aoust 1654.

« Je sçay que Prioleau est un homme méchant et dangereux, et un émissaire fort propre pour ceux qui (qu'il) sert, mais peut-être qu'on trouvera moien d'arrêter ses courses. »

Per incerta, fatendum, et obscura incedimus : Priolus ipse de se in historia hic et illic pauca protulit, maximas ærumnas suas deploratamque fortunam acerbius quam lucidius conquestus : ut in primo libro. « Ubi ex multis periculis et adversis requievi [2] » aut « Quantum ad Mazarinum, non de ejus fortuna sed de ipso loquor, qui nullo beneficio, multis injuriis mihi notus est, cum illi soli mea familia suas clades acceptas referat [3]. » Non aliter in tertio libro. « In partes abreptus, multa feci ad quæ invitus oculos retorqueo [4]. » Videtur ex his Priolus a Mazarino per aliquot annos discessisse : quatenus autem factioni principum adhæserit, dictu difficile est. Quædam tamen sunt probabilia : ab eo anno quo Longavillæus dux erga regem

[1] *Archives des affaires étrangères*, v. 893/157, p. 137, p. 106.
[2] Priolus, I, p. 1.
[3] Id., I, p. 42.
[4] Id., III, p. 24.

fidem asseverarat, in irritum ipso facto cadebant secreta Prioli officia : itaque illum a Mazarino, seditione in finem vergente, neglectum esse minime mirer, nedum sponte cardinalis partes deseruerit. In quo Cheruel assentiendum, qui, postquam erga Lioneum et Servienum circiter medium annum 1651 Mazarini malam voluntatem narravit, adjicit. « Le cardinal était de la race des gouvernants qui pensent que lorsqu'on a sucé l'orange on peut la jeter[1]. » Conjectandum quoque est cardinalem a Priolo qui usque ad supremum vitæ finem ære alieno laboravit, ita importunis petitionibus esse obsessum, ut nostrum hominem ab aula exigere voluerit, quum ipse plusquam pecuniæ suæ parcus jure videretur, Priolus autem in postulando ad impudentiam facillime, ut videbitur ultra, delaberetur [2]. Habemus etiam, ut ita dicam, confitentem reum, pro suis laribus causam agentem, in primo historiæ libro quo exclamat, non sine amaritudine quadam et repulsæ non semel acceptæ memoria Priolus : « Hujus (cardinalis) in donando damnabatur lentitudo [3]. » Quæ quum ita sint constat ex ipsius Prioli epistola cardinalis offensam eum per nonnullos annos subiisse : hæc sunt enim quæ ad Mazarinum anno 1656 scribebat :

A Paris, ce 12 juin 1656.

« Monseigneur, J'ai toujours tâché de donner des preuves de ma fidélité à V. E. On m'a toujours noirci auprès d'elle, devant laquelle je n'ai jamais pu me présenter pour me justifier. Je me jette à ses pieds par cette lettre, pour la

[1] Chéruel, *Hist. de la minorité de Louis XIV*, IV, ch. IV, p. 376.
[2] Cf. Les *Lettres inédites de Priolo*, publiées par Tamizey de Laroque, Tours, 1877.
[3] Priolus, I, p. 40.

supplier très humblement de me daigner regarder d'un œil de pitié, afin que je ne sois pas seul en ce royaume qui n'aie éprouvé sa clémence. M. Ondedei m'a promis de représenter à V. E. le désir que j'ai de servir où elle me jugera capable. Je supplie très humblement V. E. de me daigner employer, afin que je ne passe pas ma vie dans l'oisiveté et que je la finisse en l'honneur de votre service. Monseigneur de V. E., très humble, très fidèle et très obéissant serviteur. Priolo [1].»

Hanc epistolam multis ex causis totam hic transcripsimus primo loco quod argumentum Prioli proditionis est, his omnibus quæ retulimus, addendum; dein quod ex ea constat falsa omnino esse quæ Baylius asseverat, quum Priolus fateatur non a se cardinalem sponte derelictum esse, ut Condæanas partes assequeretur : scribit enim: « On m'a toujours noirci auprès d'elle devant laquelle, etc. » Noster igitur nec fortassis immerito, quum ipse haberetur teterrimus calumniator, aulicorum detrectationibus obnoxius fuisse videtur. Adde quod Zongi Ondedei, de quo supra diximus, amicitiam sibi reservare curaverat : cujus ope posterius, quantum suspicari libet, in Mazarini gratiam rursus rediit. Quacumque autem ex causâ ab aulâ exsulaverit, sive cardinalis avaritiam exsecratus sit, sive odium et mala in se verba asseclarum ejus effugerit, seu etiam pro more suo arcana quorum fuerat particeps garrulitate nimia prodiderit, certum est illum a munere quo ab anno 1645 erat functus, destitutum esse. Fere ab omnibus, præter unum Longavillæum a quo largitionem annuam accipere solebat, derelictus, Priolus, ut memorat Rhodius, sapientiæ studiis se involvit ut quæ gloria fuerant florentis

[1] *Lett. inéd. de Priolo*, I, p. 1.

juventæ, senectutis fata solaretur [1]. Quod quidem pulcherrimum et posteritatis admiratione plus quam dignum, nisi Priolus istis sapientiæ studiis quibus se totum involverat, abusus esset ut argenti pondus quoddam ex Mazarino furaretur, nedum, unico doctrinæ amore pæne in limite senectæ captus, libris impallesceret. Audiamus de hoc non solum Rhodium quo tantummodo ponitur, « Ad scribendam historiam non tam sui temporis quam rerum quibus interfuit, animum adhibuit, annos natus quinquaginta novem [2], » sed etiam Briennam qui de Priolo in commentariis quædam urbanissime jocatus est.

« Priolo donc, l'auteur le plus pauvre sans contredit de son temps, mais en récompense le plus adroit et qui venait le mieux à ses fins, se voyant dans l'exécration des maîtres qu'il avait servis, s'avisa de composer un projet d'histoire en forme de satire sur le ministère du cardinal Mazarin. A l'exemple des autres satiriques, ses camarades, il allait de ruelle en ruelle, la récitant à ses amis particuliers avec cet air de pantalon dont la nature l'avait pourvu. Ce projet, quoique informe, fit l'effet qu'il désirait. Silhon, Ménage, Quillet et autres, pensionnaires du Cardinal, ayant ouï les récitations fréquentes que faisait le madré Saintongeois, en parlèrent à Son Éminence, et lui donnèrent tant de peur d'une plume si âcre et si mordante, que le cardinal voulut gagner par des largesses l'écrivain qu'il redoutait. Je fus chargé de cette importante négociation [3]. » Rogatus igitur a Mazarino ut quid

[1] Rhodius, p. 3.
[2] Id., p. 3.
[3] *Mémoires inédits de Louis Henri de Loménie, comte de Brienne, secrétaire d'État sous Louis XIV*, publiés par F. Barrière 1828., t. II, p. 2 et 3.

sibi Priolus, historiæ delendæ aut mutandæ causa, esset postulaturus, experiretur, Brienna hunc ad cænam quadam die vocavit : qua peracta, colloqui inter se cœperunt. « Je pris par la main Priolo, et fus faire un tour d'allée avec lui. Les vapeurs des vins de Reims et d'Espagne, de Piémont et de Frontignan dont il s'était donné sans mesure lui échauffaient la tête qu'il avait d'ordinaire déjà fort échauffée ; il ne fit aucune façon de réciter sa satire, et m'en déclama sur l'heure les endroits les plus sanglants avec un enthousiasme que rendent bien les cris redoublés d'Evoë, Evoë qui lui échappaient soit au commencement, soit à la fin de toutes ses périodes[1]. » Quam hæc festive, quam acriter expressa! Videre mihi videor hunc homuncionem (erat enim mediocri statura[2]) pæne exsultantem et latini sermonis frusta, non sine clamore quodam et risu ejaculantem. Insuper adjicit Brienna. « Je me tenais les côtes de rire, et l'auteur de son côté n'épargnait pas ses poumons. C'était à qui rirait le mieux et le plus haut. J'étais décidé, quant à moi, à tout trouver excellent. Chaque éclat de rire de ma part flattait son amour-propre d'auteur, chaque marque d'approbation m'insinuait dans sa confiance. J'entrai peu à peu en matière : en louant chaque trait malin, je fis sentir le prix qu'on pourrait mettre à leur suppression, je parlai négligemment de retranchements et de largesses, puis d'éloges et de pensions : je ne vis pas que sa gaîté en fût altérée, au contraire. Nous sortîmes du jardin fort contents l'un de l'autre, et aussi grands amis que si nous nous fussions vus toute notre vie. Il me promit de changer dans son histoire tout ce que je

[1] Brienne, p. 4 et 5.

[2] Rhodius, p. 4. « Corporis tunc habitus decens, infra justam staturam, oculis acer. »

voudrais, et je lui donnai de mon côté l'assurance d'une pension que j'allais solliciter de ce pas. En effet, dès le lendemain, en rendant compte à Son Éminence de ce qui s'était passé à la Chevrette, j'ajoutai que sa santé n'avait pas été oubliée; il me donna l'ordre sur l'heure d'expédier à Priolo un brevet de pension de deux mille francs, et de lui en payer moi-même la première année. Bernouin, son premier valet de chambre, me compta la somme en sa présence et me la remit en louis d'or. Il n'en fallut pas davantage. Priolo se mit au travail et composa l'histoire latine que je fis imprimer à mes frais chez Cramoisy, en 1662, pour faire voir à Son Éminence ce que Priolo pouvait faire, et le convaincre que c'était de bonne foi qu'il chantait la palinodie. Ce coup d'essai lui réussit. Par une munificence dont le riche intendant du plus riche favori était seul capable, M. Colbert engagea l'auteur à publier la suite de son histoire, et Priolo m'a confié qu'il avait reçu de lui dix mille écus pour les frais de l'impression et la continuation de sa pension, sa vie durant. Certes, son travail ne fut pas mal payé, comme on le voit[1]. »

Quod attinet ad narrationem ipsam quam supra retulimus, neminem certe invenias qui illius sal et festivitatem negare possit: de veracitate autem et fide valde contenditur[2]. Duo præsertim sunt quibus Briennæ testimonium infirmari videatur: primum quod ab eo asseveratur Colbertum, ob historiam typis mandandam, Priolo decem millia scutatorum esse largitum: posteriore loco quod Mazarinus anno 1661 supremum finem obiit. De decem

[1] Brienne, p. 5 et 7.

[2] « Je citerais, dit M. Tamizey de Larroque (*Lett. inéd. de B. Priolo*, p.3, n. 1), sur les relations entre Mazarin et Priolo les Mémoires de Louis Henri de Loménie, comte de Brienne, si le récit qui est très piquant ne me paraissait encore plus suspect que piquant. »

millibus scutatorum, anceps quidem quæstio : arbitratur Tamizey de Larroque in hoc commentarios de quibus agitur epistola quâdam Prioli esse confutatos. Scribit enim ad Colbertum Priolus ultima aprilis die anni 1662 : « Vous avez donné au delà de ce qu'il faut pour l'impression des cinq livres de mon histoire,[1] » quanquam duo millia librarum tantummodo acceperat. Expendendum autem accurate quæ Brienna, non per se, sed ex ore Prioli, mendacissimi viri, collecta, dixerit : « Priolo m'a confié qu'il avait reçu de lui dix mille écus pour les frais de l'impression et la continuation de sa pension sa vie durant. » Constat enim Priolum tantam pecuniam anno 1662 non accepisse : de anno autem apud Briennam siletur, neque mirum si noster decem millibus scutatorum a Colberto ab anno 1662 usque ad annum 1667 quo e vita excessit, fuerit donatus. In quo testem habemus ejus epistolam quamdam, sub fine anni 1665 scriptam, in quâ a Colberto nescio quam argenti summam, videlicet dolorum levamentum et historiæ mercedem, humillime deprecatur[2]. De autem errore Briennæ quo Mazarinus anno 1662 vivus adhuc fingitur, nihil est quod dicam, nisi sit, ut opinor calami lapsus, non ita Briennæ animo captivitate per quam commentarios scripsit, turbato ut qui maximis muneribus sub regimine Mazarini functus erat, cardinalem anno 1661 obiisse ignorare aut oblivisci potuerit. Crediderim, fateor, libenter potius vera quam ficta fuisse, quæ de Priolo Brienna memoravit : nôrat

[1] *Lett. inédites de B. Priolo*, XIII, p. 20.

[2] *Lettres, instructions et mémoires de Colbert*, publiés par P. Clément Paris, 1868, t. V. *Appendice*, p. 509. Lettre de Priolo à Colbert. « M. Rolland qui sait mes nécessités est un autre moy-même qui viens d'achever un ouvrage dont il sera parlé *in generatione altera*. »

is hominem, quam parvi valeret non semel expertus[1] : mirifice prorsus cum indole et extremâ quâ semper laborabat paupertate Prioli omnia hæc congruunt. Adde quod sic intelligamus quamobrem Priolus in gratiam Mazarini a quo fere decem annis dissenserat, redierit. Præterea quidni qui Rohannii ducis codices forsan erat furatus, postea Longavillæi arcana certe prodiderat, conscientiam animi iterum et scriptorum libertatem pro auro venum dederit? Mirum contra ni fecisset!

Quantamcumque, pro venali historia, summam Priolus acceperat, maximis ejus sumptibus copiæ vix suppetebant, quum numerosa prole, septem scilicet liberis, gravaretur: addendum quoque eum vino, luxuriæque et omnis generis deliciis ultra modum, siquidem malignis inimicorum loquelis credere sit, indulsisse. Fingit Rhodius eum fuisse opum contemptorem et cum rei familiaris angustiis erecto semper animo esse colluctatum[2]; quid autem de Rhodii opinione sentiendum jam diximus, Priolum enim tot variis et mirificis adornavit virtutibus ut non sine difficultate quâdam nostrum hominem agnoscere possimus. Quid amplius dicam? Priolus, per reliquum vitæ tractum, maximæ egestati ob diversas causas obnoxius, potentissimum quemque et in primis Colbertum importunissimis petitionibus obsidere non desivit. Quo nemo fuit in pecu-

[1] De Brienna sæpe in epistolis ad Colbertum mentionem facit Priolus. Cf. *Lettres, inst. et mém. de Colbert*, t. V. *Appendice*, p. 444. « Ce matin, M. le comte de Brienne m'a fait l'honneur de me venir voir et m'a dit beaucoup de choses touchant mon ouvrage. Je veux croire que la passion qu'il a pour moi le fait estimer meilleur qu'il n'est. » Cf. quoque. *Lett. inéd.* IV, p. 9.

[2] Rhodius, p. 4., *Lett. inéd.* 18; p. 27. « Au nom de Dieu, Mgr., faites-nous faire raison et c'est la dernière importunité que je vous donnerai de ma vie. Ce sera pour cloîtrer cette pauvre fille qui est le seul empêchement que j'ai. »

nia postulanda aut interdum extorquenda astutior, tenacior et impudentior. De eo in Sorberianis scriptum est: « Il fit à Paris bien des choses pour escroquer de l'argent à Tallemant, au comte de Tonnerre, prince de Marsillac, etc[1]. » Evolve quoque ejus epistolas ad Colbertum: quotamquamque invenias in quâ non argentum odoretur: rogat, urget, instat, modo submissa, modo inflata voce, supplex, mendax, nunc generis nobilitatem, nunc historiæ futurum decus, familiæ quoque paupertatem præ se ferens, neque cutem, non satiata siti, missurus. Hinc: « Vous pouvez sauver une très noble famille du naufrage et faire une œuvre méritoire envers Dieu en me procurant d'une façon ou d'autre les moyens de me soutenir, ne pouvant plus subsister du tout si vous m'abandonnez[2]. » Illinc: Je suis assuré qu'une seule parole de votre part finira tout cela. Je vous en supplie très humblement, et s'il se peut qu'au lieu du billet de l'épargne on me donne de l'argent. Ce n'est que deux mille livres en tout, qui est peu de chose, et pour moi vu mon besoin, c'est beaucoup. J'ai cru que sans vous cela tirera de longue, et cependant Saguntus perit. Je vous demande très humble pardon, mais la nécessité m'y oblige[3]. » Alio in loco de se et paupertate sua jocatur: « Je ne prétends pas de faire une vache à lait d'un ouvrage si noble, mais encore faut-il que votre bonté supporte, s'il lui plaît, mes néces-

[1] *Sorberiana*, p. 191.
[2] *Lett. inéd.* II, p. 4. (4 juin 1661).
[3] Ibid. IV. p. 10 (6 juin 1661). Cf. quoque *Archives historiques de la Saintonge et de l'Aunis*, t. VIII, 1880, p. 365. *Lettre de Priolo à Colbert* du 27 septembre 1661. « J'aime mieux me découvrir à vous, Monsieur, que prendre autre voie. Je vous dis donc les choses franchement, bien marri que ma pauvreté m'y oblige. Mais quelle qu'elle soit, elle ne me fera jamais sortir du sentier de l'honneur et de la fidélité que je vous garderai à jamais. »

sités domestiques[1]. » Aut in eadem epistola : « Ma famille est nombreuse. Les bouchers et les boulangers ont certaines inquiétudes qui les saisissent et qui ne me sont pas commodes pour bien remplir les fenêtres de l'histoire qu'on continue à imprimer et que je vous donne parole qu'elle sera achevée d'imprimer en bref et sortira en lumière dans le dernier éclat. Mais pour l'amour de Dieu, ne me laissez pas, Monsieur, disputer avec les boulangers et bouchers[2]. » Tribus post annis, non aliter ad eumdem scribebat a Carolopoli : Je suis ici échoué pour deux mille livres que je dois pour mon impression qui est toute achevée... Jamais rien ne me viendra si à propos : car sans cela il faut de nécessité que je pourrisse ici[3]. » Et quoque ejusdem sub fine anni. « Le propre jour de Noël, près Paris, 1665. Je prends la hardiesse de me présenter à vous en cette fin d'année pour vous rendre très humble grâce de vos bontés, et vous supplier, avec le respect que je vous dois, de daigner avoir mémoire de moi, afin que je puisse être assisté présentement de quelque ordonnance, ut rivulus scaturiens de perenni fonte tuæ benignitatis. Je vous assure, Monseigneur, que je n'ai jamais reçu de douceur qui me soit venue plus à propos, gratiam facti celeritas donandi geminabit[4]. » Hæc sunt quibus vitam ægre Priolus sustentabat, usque ad ultimum vitæ finem famelicus. Quædam adhuc a Colberto mense septembri anni 1666 mendicabat[5]. « Monseigneur, après tant de bienfaits que j'ai reçus de votre main, j'avais résolu de ne vous donner jamais plus aucune

[1] *Lett. inéd.*, XIII, p. 20 (30 avril 1662).
[2] *Lett. inéd.*, XIII, p. 21 (30 avril 1662).
[3] *Arch. hist. de la Saint. et Aunis*, t. VIII, p. 371 (16 avril 1665).
[4] *Lett., instruc. et mém. de Colbert*, t. V, *App.*, p. 509.
[5] *Arch. hist. de la Saint. et Aunis*, t. VIII, p. 372 (6 septembre 1666).

importunité, mais je suis contraint, par les plus dures lois de la nécessité, de vous être encore cette fois à charge, et de vous supplier très humblement de daigner appuyer la supplication dernière que je prends la hardiesse de faire au Roi pour obtenir de S. M. quelque petite douceur pour pouvoir faire ma retraite plus honorable. » Obiit aliquo post tempore, anno 1667, sexagesimum et quintum annum agens. Ex Baylio et Nicerone constat eum Lugduni defunctum esse? Quî autem fieri potuerit, parum aperte patet : apud Niceronem legimus : « Il fut chargé, en 1667, d'aller à Venise pour une affaire secrète. C'est ce qu'on a su par la lettre de créance qui fut trouvée dans ses papiers, et que M. de Lionne lui avait expédiée. Il n'acheva pas ce voyage : il était à Lyon, logé dans l'archevêché, lorsqu'il fut surpris d'une apoplexie qui l'enleva. Bayle avait annoncé qu'il était mort à l'hôpital dans les premières éditions de son dictionnaire. Il s'est rétracté [1]. » Dubium autem Priolo a Lioneo vel minimam tractationem esse commissam ; dubium quoque eum non in hospitali sed in palatio archiepiscopali mortuum esse, nisi vero Rhodii fabulam libenter excipiamus, Priolum sese sub vitæ fine sacris addixisse affirmantis [2]. Crediderim illum potius pauperrimum factum et ab omnibus desertum Lugduni, nescio quâ ex causâ, esse mortuum, quum ex priore Baylii affirmatione, qui Prioli liberis deinceps nimia benevolentia indulsit, tum ex Capellani testimonio qui ad Boeclerum quinto die octobris anni 1668 sic de eo scribebat : « Nous l'avons vu dans cette cour frappant à la porte de toutes

[1] Nicéron, t. XXXIX, p. 304.

[2] Rhodius, p. 6. Cf. Bayle, Art. Priolo, n. B. « Quant à ce qu'il (Rhodius) dit en finissant son éloge que M. Priolo s'était fait ecclésiastique depuis la mort de sa femme, c'est une grande fausseté. »

les puissances, s'introduisant dans leurs affaires, les ruinant par sa présomption et ses friponneries, et, enfin ayant été connu pour ce qu'il était, nous l'avons vu exclu de toutes grâces, et, après avoir dissipé en débauches ses voleries, nous l'avons vu mourir sur le fumier, abhorré de tous les gens de bien, et peu regretté de ses semblables[3].» Hæc fuit de Priolo Capellani dura quidem, non autem immerita sententia.

[3] *Lettres de Chapelain*, t. II, p. CCCLXXIII.

CAPUT III

IN QUO DE DIVERSIS B. PRIOLI OPERIBUS
ET IN PRIMIS DE HISTORIA REGIMINIS MAZARINEI
AB EO SCRIPTA DISSERITUR

I

Curârat ipse Priolus, maxima, ut jam antea dictum est, jactantia tumens, omnium operum quæ aut in publicum ediderat aut edere destinârat, indicem certum posteritati relinquere : itaque eorum titulos historiæ suæ in præfationis modum adscripsit, ordine sequenti :

I. — *Vitanda in vita seu de stultitia humanæ gentis libri IV*. Collegerat hic sane Priolus quod ex experientia rerum, per tot et tam varios vitæ suæ errores didicerat, quamvis ad opus ethicum perficiendum minime aptus videretur. Qui fuerint hi libri, conjectare non ægre libet ex pulcherrimis sententiis quas a Priolo esse usurpatas Rhodius tradit. De odio mendacii jamjam supra relatum est. Adjiciebat noster nonnulla de aulæ et aulicorum moribus consilia: nulli se facere nimis sodalem oportere,

id est, nihil revelare nisi quod publici juris esse velis. Num quid ineptius quam putare aliquem tibi magis fidum quam tibi ipse fuisti[1]. » Intonabat quoque non semel in feminas, Fundæ exemplo recte institutus : « Cavendum præsertim in aula a fallacibus feminarum vinclis, omnes nugaces esse, infidas et judicii modicas, nunquam eodem tenore mentis et animi[2]. » Nempe Longavillææ quam bene norat, mobilitatem et pessimas artes meminerat. Singulari autem odio in scorta flagrabat : « Scortationem ultimum malorum, indecoram, noxiam, probrosam animum, corpus, famam et, quod magis dissolutum hominem afficit, crumenam lædentem, quæcunque uni venditat sui corporis jura cuilibet sine discrimine sui copiam facit[3]. » Mirifica sane præcepta : utinam sit ea exsecutus, iste mendaciorum simul ac voluptatum impavidus osor ! Idem asseverabat uxorem ducere insanum, si eos excipias qui propagando sanguinem hoc debent suis penatibus[4]. In quo forsan quantum per totam vitam ob uxorem liberosque egestate laboravisset, reminiscebatur. Sed de hoc satis, quum opus perierit fueritque sine controversia Priolus pessimus ethicæ professor.

II. — *Quæstionum naturalium seu de re plantaria veterum et recentiorum*. Libri III. Quibus verbis adjicitur et hoc a Priolo : « Opus emunctum triginta annorum meditatio, quod jam celebratur sub apertiori titulo et falso nonnulli adscripserunt. » Quid sibi velit hæc notula, penitus nescio.

1 Rhodius, p. 6.
2 Id., p. 6.
3 Id., p. 6.
4 Id., p. 6.

III. — *De vita et gestis Henrici Rohannii ducis.* — Magnopere desideratur hæc charta, quum Priolus per sex annos, in valle Telina, Rohannio inserviisset maximarumque rerum et testis et particeps fuisset. Itaque subscribendum Capellani Judicio quod supra in primi capitis fine retulimus.

IV. — *De vita et moribus Cæsaris Cremonini.* — Nempe huic professori assederat Priolus eo tempore quo Patavii ævum degebat.

V. — *Vita Benjamini Prioli.* — Crediderim libenter Rhodianum opusculum quod toties citavimus aut confutavimus ex Prioli indiciis et in primis ex ea vita a Priolo ipso scripta esse conflatum, ut tutius de nostro optima dicerentur.

VI. — *Judicium de scriptoribus Græcis et latinis.* — Quid Priolus de antiquis auctoribus senserit, mox apparebit, quando ad illius scribendi rationem veniemus.

VII. — *Epistolarum senilium ad maximos Europæ proceres centuria singularis.* — Quis fuerit hic liber, hactenus plane latet. Lectio tituli certa : interpretatio autem incertissima.

Addendum prorsus commentarios Rohannii ducis de bello in valle Telina gesto a quibusdam Priolo assignatos esse; opinatur hoc P. Griffet : assentit auctoritate gravissima Ste-Beuve in libro dicto : *Causeries du lundi.* In quo scriptum est : « Tout cela est fort soigneusement démêlé dans les Mémoires sur la guerre de la Valteline, qui ne sont pas de Rohan, mais qui sont très probablement de son secrétaire intime et confident Priolo. Petitot, dans sa collection de Mémoires, dit que si l'on compare ce

dernier ouvrage aux autres écrits du duc de Rohan, on y reconnaît le même style, la même manière de présenter les choses. C'est tout le contraire qu'il faut dire, on y retrouve une manière d'exposition plus générale qu'il n'est habituel à Rohan ; il y a aussi plus d'images dans le style, plus de littérature, si je puis dire, et quantité d'expressions et de locutions qui ne sont point et ne peuvent être de lui. Le Père Griffet, auteur d'une si estimable *Histoire de Louis XIII*, où l'on trouve tant de choses singulières et curieuses, que de plus bruyants et de plus habiles se sont mis à découvrir depuis, le Père Griffet a très bien jugé de ce point comme de beaucoup d'autres. Les *Mémoires sur la guerre de la Valteline* sont donc du secrétaire de Rohan, et n'en valent pas moins pour cela [1]. »

Etsi de re obscura agimus, pauloque audacius Priolum commentariorum supra dictorum fuisse auctorem illustrissimus scriptor affirmare mihi videtur, argumenta quædam quibus opinio ejus confirmetur adjicere ausim : primo loco, meminisse licet a Priolo, postquam ducis scriba fuerat, codices et chartas ejus, post mortem, interceptos esse : quæ omnia, si Capellano creditur, pro pecunia restituere coactus est. Fieri potuit ut, juris quâdam specie subnixus, quæ forsan, duce docente et dictante, scripserat servare voluerit : non enim adeo nummorum spe occæcabatur ut furis personam palam ageret. Insuper animadvertendum eminere præsertim in commentariis Rohannii ea quibus stylus Prioli in epistolis valde insignitur, videlicet maximam litterarum notitiam, accuratissimam imaginum disquisitionem; licet

[1] *Causeries du Lundi*, par C.-A. Sainte-Beuve, 3e édition, t. XII, p. 344, 345.

addas complura vocabula et nescio quam singularem scribendi formulam qua quisquis auctor veluti sigillo utitur. Hoc bene suboluit perspicacissimo auctori, licet is epistolas Prioli non noverit.

Iisdem porro virtutibus aliud opus, nullo quidem auctoris nomine signatum, Prioli tamen, ut ego opinor, calamo exaratum, notatur. Eo enim anno quo Longavillæus dux primum Vincennis, dein in Havræa arce distinebatur, duo libelli, ducis in honorem defensionemque a familiaribus ejus publicati sunt, quorum prior titulum sic habet : « *Apologie particulière pour M. le duc de Longueville, où il est traité des services que sa maison et sa personne ont rendus à l'État, tant pour la guerre que pour la paix, avec la réponse aux imputations calomnieuses de ses ennemis, par un gentilhomme breton*. A Amsterdam, 1650, » posterior autem quo prior confutatur ita inscribitur : « *Désaveu du libelle intitulé Apologie particulière de M. le duc de Longueville, par un gentilhomme breton*, 1651 [1]. « Quantum in clientela Longavillæi alii ab aliis dissenserint partesque diversas sint secuti, ducis exemplo fulti qui huc et illuc pro tempore abripiebatur, ex duobus his libellis abunde constat [2] : in alio enim cardinalis Mazarinus maligne carpitur, in primis ob pacem Monasterii ab Hispanis oblatam et cardinalis voluntate propria dilatam : in altero autem ab omni crimine Mazarinus satis superque eluitur. Quis fuerit auctor operis inscripti : « *Apologie*, etc. » minime latet : manifestum nempe est fuisse *Lescornai* quemdam, domui Longa-

[1] Sans nom d'auteur ni indication de lieu.
[2] Retz. Coll. Petitot XLV, p. 18, 20.

villæi jamdudum addictum, quem fama erat historiam stirpis Longavillanæ scripturum [1] : de autem alterius libelli : « *Désaveu du libelle*, etc., » auctore silet etiam liber dictus : « *Bibliographie des Mazarinades* [2]. » Quæ quum ita sint, hunc libellum a Priolo fuisse compositum, ex compluribus indiciis, libenter affirmaverim. Primum est argumentum quod a famulo ducis opus perfectum esse ex verbis passim conjectis induci potest [3] : quis autem ex his qui Longavillæo simul ac Mazarino inserviebant, huic labori Priolo aptior : dico amplius : neminem, præter eum, reperire erat, qui de Monasteriensi negotio cui Priolus per tres annos interfuerat, talia, veritate et altissima rerum notitia unice subnixa, pronuntiare posset. Vidit sane Longavillæum magnificentissime in Monasterii mœnia ingredientem qui sic locutus est : « Ceux qui ont assisté à l'entrée du duc de Longueville dans Munster demeurent d'accord qu'en choses semblables, il ne s'est rien vu de si pompeux de notre temps [4]. » Quod autem attinet ad tractata et inter omnia ad Hispanorum de pacis conditionibus pessimas dilationes, nihil est in libello quod non Prioli historiæ libro decimo ita congruat ut pleraque vocabula e Gallico in Latinum esse versa videantur, præter unum tamen quod Mazarinus nusquam in eo loco nomi-

[1] *Bibliographie des Mazarinades* (publiée par la Société de l'histoire de France), par E. Moreau, t. Ier, no 119, p. 58, 59.

[2] *Ibid.*, t. I, no 1053, p. 309.

[3] Cf. *Désaveu*, etc., p. 4. « C'est à quoy ceux qui liront son apologie sont suppliés de ne faire point de réflexion et de ne croire pas que les véritables serviteurs du duc de Longueville aient eu aucune part dans un écrit si peu judicieux. »

[4] *Désaveu*, p. 39. Cf. Ibid., p. 40. « Avant que de partir il (Longueville) dit aux ambassadeurs de MM. les États qui le priaient de demeurer encore qu'il serait prêt de retourner en poste et de se rendre à Munster toutes les fois que sa présence y serait nécessaire et qu'il y aurait apparence de conclure. Et de fait il y laissa son train qui demeura trois mois après lui. »

natur, licet de eo semper agatur. Quum auctor libelli inscripti : « *Apologie*, etc., » maxima vi, ob pacem negatam, cardinalem aggressus sit, laudatis contra ducis Longavillæi prudentia et in patriam amore[1], nulla major Mazarino excusatio afferri poterat quam siquis, ne quidem nomine ejus pronuntiato, rebus autem plane explicatis, Hispanos indefessa pervicacia omnium malorum unicam fuisse causam declararet. Alia autem sunt quibus, in libello, se hæc omnia scripsisse, Priolus, volens nolens, aperte professus est : hæc sunt de quibus, ut supra diximus, loquebatur Sainte-Beuve, singularis dicendi modus, imaginum maximus apparatus, plerumque ex fonte Latino exhaustus, ut : « Il n'y eut que le sourcil espagnol qui ne s'y voulut point accommoder[2] » aut hæc rapide, pro Prioli more, et vivide expressa. « Ce fut alors que la ruse espagnole déploya toutes ses inventions pour persuader dans les Pays-Bas que la France ne voulait pas de paix. Ils accordaient à leur dire toutes les conquêtes : quand on les pressait d'en rédiger l'article par écrit, tantôt ils attendaient des ordres de Madrid, tantôt ils étaient obligés d'en conférer avec Castel-Rodrigue, et depuis avec l'archiduc. D'autres fois, ils disaient que cela était accordé, et qu'il n'était pas nécessaire de le coucher par écrit que tout ne fût conclu. C'était un Protée qui changeait de mille formes, et qui vous échappait des mains quand vous pensiez le tenir[3]. » Ultimo denique loco, non parvi momenti indicium addam : adscripta sunt libello ab auctore, quis-

[1] *Apologie*, p. 73. « Je me suis longtemps étendu sur cette paix pour ce que c'est le seul crime de M. de Longueville de l'avoir sincèrement entreprise, de l'avoir fort avancée et de s'être plaint hautement de ce que l'on avait empêché de donner un si grand bien à la France ainsi qu'à la chrétienté. »

[2] *Désaveu*, p. 30.

[3] *Désaveu*, p. 33, 34.

quis fuit, ex scriptoribus latinis excerpta quædam, in margine operis disposita, Liviique et Taciti nominibus signatà, quos peculiari amore Priolus colebat[1]. Ceterum erat hæc nostri inveterata consuetudo ut epistolis aliisve scriptis latinas sententiolas insereret[2].

Venimus tandem ad unicum opus, Prioli sub nomine, publicatum : cujus titulus is est : « *Benjamini Prioli ab excessu Ludovici XIII de rebus gallicis historiarum libri XII, ad Serenissimum Principem et Augustum Senatum Reipublicæ Venetorum*. Carolopoli Typis Gedeonis Ponceleti serenissimi ducis Mantuæ Typographi. Anno 1665. »

Jam superiore loco dictum est quamobrem Priolus historiam temporis et præsertim rerum quibus ipse interfuerat scribere constituisset. Quo decreto, postquam Mazarini annuum munus, pro futuris meritis, accepit, librum primum historiæ edidit, ut experiretur quid de hoc doctorum virorum opinio esset latura, et non immerito innumerabili cardinalis inimicorum turbâ diffisus[2]. Neque res eum fefellit : scriptorum, historicorum grammaticorumque chorus omnis in novum opus desæviit, simul ac quisquis sese læsum esse putarat. Quo irarum et minarum tumultu reipsa gavisus, indignatione autem simulata, Colbertum his verbis in epistola quadam Priolus alloquebatur : « A Paris, ce 25 juin 1662. Monsieur, vous sçavez bien que quand j'ay mis au jour le premier livre de mon histoire, je n'ay eu en vue que la

[1] Priolus, *Lett. inéd.*, II, p. 3, III, p. 7. Cf. quoque *Argumentum historiæ ad lectorem*, passim

[2] *Lett. inéd.*, II, p. 3, III, p. 8, IV, p. 10, XVIII, p. 27. *Lett. inst. et mém. de Colbert*, t. V. App., p. 509.

[3] Bayle, *Dict.*, Art. Priolo, p. 815, n. F.

gloire de feu Monseigneur le Cardinal, et la satisfaction de vous plaire. Cependant, Monsieur, je me trouve ici attaqué de tous costés... Si j'ose donner mon faible jugement en cette rencontre, je vous dirai qu'après l'éclat du premier livre, il n'y a plus rien à appréhender et si quelque chose est capable de faire taire l'envie, ce sera lorsque toutes les grandes actions de S. E. paraistront pour me défendre [1]. » Non alia in aliis epistolis dolet, ut : « Je n'aurais jamais cru que l'envie de ces sçavants de Paris passât à tel point contre moy qui ne vois ni ne hante personne, et vis comme un chartreux[2]. » Aut : « Monsieur, vu les éloges qui sont donnés de toutes parts de la chrétienté à ce pauvre petit livre, j'ai subject de me moquer des pédants de Paris, la malignité desquels ne ternira pas ma gloire.[3] » Aut etiam : « Monsieur, je ne me soucie point de toutes les calomnies ni de toute la malignité qui s'excite contre moi. Je ne cherche la protection que de moi-même. La rage est si grande qu'on n'oubliera rien pour vous faire comprendre que mon ouvrage n'est pas bon. Un peu de patience vous fera voir ce qui en est. J'ai quelque appréhension qu'on vous ait donné mauvaise impression [4]. »

Eo ventum est tamen ut Colbertus tempori cedendum et non amplius publicandam esse Prioli historiam, donec saltem iræ restinguerentur, censeret : itaque Priolum per epistolam, quod rebus sese subjunxisset, laude cumulavit : « Vous avez très bien fait de céder à l'orage et de suspendre pour quelque temps l'impression de

[1] *Lett. inéd.*, XIV. p. 22 et 23.
[2] *Ibid.*, XV, p. 23, du 3 juillet 1662.
[3] *Ibid.*, XVI, p. 25, du 10 juillet 1662.
[4] *Ibid.*, XVII, p. 25, 26, du 20 juin 1662.

votre histoire; mais je ne puis approuver la résolution qu'il semble que vous avez prise de remettre votre pension, parce qu'il est public que S. E. vous en avait gratifié avant même que vous eussiez commencé votre ouvrage [1]. » Hortatus est in eadem epistola eum ne Galliam, amplioris libertatis quærendæ causa, desereret; « Je dois vous dire que l'exécution de votre pensée de vous en aller en un lieu de pleine liberté ne produirait, à mon sens, aucun avantage, dont je m'assure que vous conviendrez quand je vous aurai entretenu à Paris, où j'irai dans quelques jours. »

Ubi placata paululum est vociferantium rabies, jussus fuit Priolus totum opus, ex sumptibus regis, typis mandare in quo jubenti Colberto libentissime paruit. Editi sunt ab eo sub fine anni 1662 apud bibliopolam celeberrimum hujus ætatis, Cramoisy, quinque libri, quorum ordo et materia in epistola Prioli ad Colbertum, tricesima et una die mensis octobris data, continentur.

... Le premier livre fait voir les qualités de feu Monseigneur le Cardinal pour après la mort du Roy avoir été nécessaire de lui donner la conduite de toutes nos affaires. Le deuxième fait voir la grandeur de son jugement à empêcher durant cinq ans qu'il n'y eût aucun trouble, vu le bas âge du Roi qui y aurait succombé. Le troisième représente avec quelle adresse il est sorti des troubles du Royaume. Le quatrième, quels projets il a eus, et quel a été son ministère pour contraindre les Espagnols à la paix. Et le cinquième, comme il l'a faite glorieusement

[1] *Lett. inst. et mém. de Colbert*, t. V, p. 235. Cf. quoque : *Lettre de Chapelain au duc de Longueville* (t. II, Lettre CXLV du 4 août 1662). « On m'a assuré que les plaintes générales qu'il a excitées ont fait ordonner au libraire par les puissances de ne le plus débiter et que l'auteur même en avait été retirer les exemplaires. »

et l'a couronnée par le mariage du Roi et par sa mort qui est le comble de tout. »

Adjicit insuper hoc gloriose, pro more suo, Priolus. « La division est bonne et ne peut qu'être approuvée [1]. » Attamen tribus post annis, licet optimam libri sui divisionem esse ratus, faciem operis omnino mutavit, quinque libris prioris editionis in undecim libros distributis : quibus duodecimus et ultimus liber additus est ab anno 1661 quo obiit cardinalis Mazarinus usque ad finem anni 1664, ut ex verbis ipsius Prioli constat : « Hic desinit annus 1664 et mea historia [2]. »

Post mortem Prioli, ejus historia non semel publicata est : 1° Lipsiæ 1669, in-8°. 2° Ultrajecti ex typis Elzevirii, 1669, in-12. 3° Amstelodami, 1667, in-16. 4° Lipsiæ, 1686, in-8° cum notis et indice Christophori Friderici Frankenii, professoris historiæ Lipsiensis [3].

II

Objiciendum ante omnia Priolo, si ejus opus attente consideraverimus, quod potius commentarios quam historiam

[1] *Lett. inst. et mém. de Colbert*, t. V. *Appendice*, p. 444. Editio quæ anno 1662 publicata fuit hunc titulum habet : « *Ab excessu Ludovici XIII ad sanctionem pacis historiarum libri quinque, hoc est ab anno 1643 ad annum 1659.* Paris, 1662, Cramoisy, in 4.

[2] Priolus. XII, p. 39. Editio (anno 1665) impressa fuit sive Carolopoli (Charleville) apud. Ponceletum, sive Parisiis apud Leonardum. Cf. *Histoire critique des journaux* par C*** (Camusat), Amsterdam, 1734, p. 261. Huic titulus est : *Benjamini Prioli ab excessu Ludovici XIII de rebus Gallicis, historiarum libri XII ad Serenissimum Principem et Augustum Senatum reipublicæ Venetorum.* Carolopoli. Typis Gedeonis Ponceleti, Serenissimi ducis, Mantuæ typographi. Anno 1665, in-4.

[3] Cf. Nicéron, t. XXXIX, p. 307, 308. Cf. *Bibliothèque historique de la France* par Jacques Lelong, revue par Fevret de Fontette, t. II, p. 571 n° 23862.

scripserit. Neque mirum, quum vitæ anteactæ ratione naturalique ad otium, dico amplius, ad pigritiam proclivitate[1] tanto labori minime par videretur licet ipse sese, nonnullis in locis et in primis in epistolis ad Colbertum honestissimo historici nomine sponte sua decoraverit : « J'imite les anciens en tout et par tout, et garde les règles de l'histoire. J'écris pour les nations étrangères, et plus pour la postérité que pour ceux qui aujourd'hui vivent à Paris. J'ai fait voir mon ouvrage à toutes sortes de gens capables d'en juger. Tous restent d'accord que tout ce qui est de plus remarquable y est bien décrit ; mais je n'ai pas jugé à propos d'insérer mille bagatelles indignes de la gravité de l'histoire. Je n'écris pas un journal ni des mémoires. J'avoue que ceux qui les écrivent obligent le genre humain. Mais ce n'est pas mon titre que Journal ni Mémoires. C'est une histoire qui a ses règles, lesquelles j'estime avoir religieusement observées[2]. » Talia in præfatione historiæ ad lectorem, fere e Gallica lingua in latinam transcripta, jactat : « Non me effundo in singulares narrationes : breviloquio forsan omnia complector, ideo repetitione opus et sæpius legendus sum... Laxo historiam avocamentis : digressiones vulgus vocat... » Non aliter in quarto libro loquitur : « Dixi quantum ad historiarum satis est. Neque enim ego aut commentarios aut diaria scribo[3]. Attamen volens nolens Priolus commentarios scripsit : neque enim aliter res fieri potuit. Ipse in præfatione jam citata inimicum quemdam sic alloquitur : « Scias, o blenne quisquis es, familiares mihi a puero antiquos scriptores in aula et in castris ali-

[1] Osor laboris, inquit Rhodius.
[2] *Lett. inéd.*, XII, p. 19.
[3] Priolus, IV, p. 10.

quando lectos nunc sese offerre non vocatos et abhinc quadraginta annis ne quidem eos libâsse et dictâsse totam hanc historiam inter ambulandum, ne litura quidem imperata, tantum abest ut bis aliquid unquam scripserim [1].» Aliud argumentum historia est ipsa Prioli : quam si accuratissime evolveris, facile agnoscas diversas ejus partes non ex justa mensura et rata portione esse constitutas. Quædam enim brevissima reperias, negligentia squalentia et festinationis crimine notanda : sunt alia autem perpolita, per continuam rerum gestarum seriem explicata, amplissimisque argumentorum et testimoniorum indiciis luxuriantia. Dico amplius : intelligi potest ex ipsius Prioli historia, quibus rebus testis ipse interfuerit, quum maxime de his loquatur, de aliis autem quas minime norat aut sileat aut vix capita quædam conjiciat. Idcirco quis, ut quibusdam exemplis utar, negare possit secundum historiarum librum quo gesta domi militiæque per quinquennium, ab anno 1643 ad annum 1648, continentur, tanta negligentia inscitiave confectum esse ut in eo multa sine dubio de regina Angliæ, Henrieta Borbonia aliisque nobilissimis feminis [2], multa de Casimiro, Poloniæ principe [3], de Urbani et Innocentii pontificatu [4],

[1] Alia autem ad Colbertum, admodum contraria, scribebat Priolus. « Bien que de moi-même je puisse faire une histoire de réputation assurément, je vous confesse que sans les mémoires que vous seul vous me pouvez donner elle ne peut être que très imparfaite et tout ce que je peux attendre, c'est qu'on dira : « Voilà un beau style. Il y a un genre historique en tout l'ouvrage, mais les mémoires lui ont manqué ». Au lieu que si je les ai par vous, je suis muni de tout, car je dirai hardiment que je me sens assez fort pour fournir une telle carrière. » *Lett. inéd*, III, p. 6.

[2] Priolus, II, p. 13, 15.

[3] Id., II, p. 17, 18.

[4] Id., II, p. 31, 35. Norât ipse Priolus historiæ suæ vitia : confer enim quæ ad Colbertum referebat. « Je vous supplie de me croire quoi qu'on vous ai dit *de ce détail qui y manque*. C'est une chimère du palais. » Archives Hist.

de scortis et lenarum omni genere ab urbe expulsis, aut de Sequanæ exundatione quadam reperias, gravissima autem quæ tunc agebantur, futuræ Fundæ semina, partium conatus, factionisque dictæ « *Les Importants* » occasum miseriamque plebis, summis vectigalibus a Particello oneratæ, vel primos Parlamenti furores frustra requiras. Hæc aliaque tum agebantur, dum Priolus primum Genevæ, dein Monasterii, Longavillæo addictus, procul a Gallia aulæque tempestatum manebat. Idem dici potest de libro octavo quo narrantur summatim quæ a posteriore exsilio Mazarini usque ad reditum acta sunt. Priolus qui tum ut suspicari libet, a Lutetia aberat, minima quædam librum impletura collegit, videlicet Buthillerii Chavignii mortem[1] Guebriantiæque viduæ audacissimum erga Charlovoium inceptum[2], de Parlamenti autem clade[3], Parisiensiumque deditione[4], et de Rezii captivitate[5] paucissima locutus. Animadvertendum quoque est eum, in libro decimo quo tractationum immensa series a Monasteriensi conventu ad pacem anno 1659 in insula Phasianorum ictam evolvitur, prolixe explicuisse inter Hispanos Gallosque Monasterii disputata quorum Longavillæus dux et ipse ducis scriba maxima pars fuerant[6], tantum modo Osnaburgi peracta brevissima, ut ita dicam, linea indicare contentus[7]. Quam contra large, quam effuse de se

de la Saintonge et Aunis, t. VIII, 1880, p. 366 (27 septembre 1661). Cf. contra quæ ipse de pace Ruelliana pauca profert, his adjectis. « Cætera ex actibus publicis talium sitiens lector haurire poterit. » III, p. 64.

1 Priolus, VIII, p. 105.
2 Id., VIII, p. 109.
3 Id., VIII, p. 103.
4 Id., VIII, p. 107.
5 Id., VIII, p. 110, 111.
6 Id., X, p. 8, 19.
7 Id., X, p. 19, 20.

et de rebus quibus fuit admixtus Priolus loquitur! Quam jactanter sese testem fuisse omnium quæ narrat personat[1]! Quam accurate sese, quotiescunque licet, scenæ loquentem, consiliantem, ardelionis plus quam scribæ personam agentem inserit. Itaque ejus historiæ quas commentarios, pace Prioli, libentius dixerim, eo majorem vim et fructum secum trahere videntur quod a viro, principum palam famulo, Mazarino clam devoto, maximorum reipublicæ arcanorum conscio, fuerint scriptæ. Neque immerito hæc de Priolo apud St-Simon legimus : « Priolo a fait une histoire de cette minorité dont l'extrême élégance est la moindre partie. On y voit un homme extrêmement instruit et souvent acteur, traitant lui-même avec la reine et avec le cardinal Mazarin pour ceux à qui il était attaché, et avec tous les personnages dont il fait des portraits parfaitement ressemblants[2]. » Iisdem de causis Cheruel in historia Fundæ et regiminis Mazarinei quam recens publicavit maxime Priolo usus est. Quotiescunque enim de Longavillæo duce aut Condæo principe agitur ut supra in duobus primis hujus libelli capitibus, multis exemplis demonstravimus, consulendus noster et plerumque credendus.

Hinc videndum est nobis quatenus sit in historia legenda fides adhibenda Priolo. Ipse, in primi libri initio, pariter ab assentatione erga potentissimos aut invidia se esse remotum in scribendo jactat « ne, inquit, per desidiam aut servilibus officiis, adulationem in superiores exercendo, et Aulam lambendo inter tineas inertes obsequiosi Palatii

[1] Cf. Priolus, III, p. 24. « Quo mihi major fides adhibenda qui nihil nisi oculis et auribus exploratum posteritati imputaturus sum. » VI, p. 57. « Hoc et similia Longavillæus quæ eo audentius affirmo quia solus ea audivi »

[2] Saint-Simon. Ed. Boislisle 1879. Année 1693, t. I, p. 183.

ætatem agam, statui res gestas in Gallia, ut quæque memoria digna videbitur, ab oblivionis injuria et vanis rumoribus vindicatas posteritati tradere, si modo illa laboribus meis speranda est, eo magis quod mihi animus, contra sævitiam fortunæ recollectus, a spe metuque ac partibus principum nunc liber est [1] ». Noverat autem, quod non semel post publicatam historiam expertus est, quam sit invisum sese ferventibus adhuc odiis inserere. Baylius autem, sive pro opinione sua, sive nimia, ut potius credendum, in Prioli liberos indulgentia, ita in Glossario locutus est : « Ce fut dans ce genre de vie, et pour dissiper ses chagrins, qu'il composa, avec une liberté fort éloignée de la flatterie, une histoire qui a été imprimée plusieurs fois, et dont l'édition de Leipzic, 1686, est la meilleure de toutes [2]. » Quod in opere dicto « Histoire critique des journaux » non immerito levitatis crimine damnavit Camusat, eo majore vi quo Baylius majore fama fruitur : « Il ne faut pas que des raisons de politique nous mènent jusqu'à ménager des ouvrages qu'il est nécessaire de mettre à leur véritable valeur. M. Bayle a beau avoir appuyé sur la grande sincérité de Priolo. Toute l'Europe en a jugé autrement [3]. » Eadem judicia ac Baylius fert St-Simon de Priolo, licet laudum pro more parcissimus. « On voit dans cet ouvrage qu'il avait toute la confiance de son parti, qu'il y influait par ses conseils, qu'il avait une pénétration profonde, une grande probité et l'amour de la vérité, et l'exactitude à la transmettre à la postérité s'y fait sentir partout, jusque dans les choses les moins avantageuses qu'il aurait pu cacher des fautes et des faiblesses des per–

[1] Priolus, I, p. 1 et 2.
[2] Bayle *Dict. hist et crit.*, t. III, p. 815.
[3] *Histoire critique des journaux*, t. I, p. 262.

sonnes à qui il était attaché[1]. » Quamobrem autem St-Simon optime de Prioli historia senserit, intellectu facile : primo loco quod in Harcurtium quem oderat St-Simon noster semel in scribendo est invectus : secundo quod Ludovici tertii decimi merita in primo libro ad cœlum extollit narratque inter omnia quæ rex, Condæum supremo in vitæ limine intuitus, de Rocroïca victoria, paucos post dies relata prædixerit[2].

Liceat autem, priusquam nostrum judicium proferamus, alia nomina nominibus jam citatis opponere et quæ plerique doctorum hominum vivo adhuc etiam Priolo de ejus fide opinati sint enumerare. Percrebuerat enim nescio quo modo rumor, antequam historia in publicum ederetur, eum admodum in ea cardinali Mazarino inserviisse : hoc testatur Patini epistola quædam ad Falconetum, Parisiis quarto et decimo septembris anni 1660 die data : « M. B. Prioleau qui a autrefois été secrétaire de M. de Rohan, a fait l'histoire de France en latin depuis la mort du feu roi in gratiam Mazarini. Son livre est intitulé : B. Prioli de Rebus gallicis historia ab excessu Ludovici XIII. Il y aura bien là-dedans de la flatterie, mais cela est de l'essence du siècle auquel Dieu nous a réservés[3]. » Hoc verbum Patini : « In gratiam Mazarini » mire cum Prioli ipsius, Colbertum de se alloquentis, litteris congruit. « Mon travail tout entier sera, comme Quinte-Curce, un peu plus gros. Mais assurément il est tout à la gloire de Monseigneur le Cardinal, et toutes les nations le verront comme un éloge de sa grande

[1] Saint-Simon, Ed. Boislisle, t. I p. 185.
[2] Priolus, I, p. 17.
[3] *Lettres de Gui Patin*, publiées par Réveillé Parise. 3 vol. Paris, 1846, t. III, let. DXXXII, p. 263.

conduite[1]. » Item, alio in loco : « Monseigneur, vous savez bien que quand j'ai mis au jour le premier livre de mon histoire, je n'ai eu en vue que la gloire de feu Mgr le Cardinal et la satisfaction de vous plaire. » In eadem epistola Priolus, indignatione simulata, narrat sese ab Alberico (Aubry), Constantiæ episcopo, contumeliis graviter affectum esse quod de cardinale in historia optima locutus esset. « Hier au soir, à la porte de Richelieu, en pleine rue M. de Coutances, Aubry, me prit à partie sur ce que j'ay parlé trop hardiment, à ce qu'il dit, du clergé de France. Je lui répondis que je croyais que le nom de son maître, son bienfaiteur, qui est à la tête de mon livre, était assez puissant pour lui faire agréer ce qui n'est consacré qu'à sa gloire. Vous serez surpris, Monsieur, de l'extraordinaire réplique qu'il me fit : « Vous en avez bien parlé, dit-il, parce qu'il vous donne pension. » S'il eût eu l'âme mieux placée, je l'eusse fait rougir de ma réponse, et je sentis bien en ce moment la vénération que j'ai pour la mémoire de Monseigneur[2]. » Noverat optime Prioli mentem Albericus : neque aliter de homine plerique æqualium sentire videbantur. « Memini, inquit Gryphius, celeberrimum Boeclerum aliquando in scholis publice in Suetonium habitis, professum fuisse se quum primum hic auctor prodiret et magno passim a rerum gallicarum non adeo usque peritis lectoribus applausu acciperetur, animo habuisse Argentinæ novam ejus editionem adornare, sed cum super hac re ad amicos quos in Gallia habebat, et illos quidem maximæ dignationis viros litteras dedisset, monitum fuisse ut si famæ suæ vellet consultum hoc consilium omitte-

[1] *Lett. inédites* IX, p. 16.
[2] *Lett. inéd.* XIV, p. 22.

ret[1]. » Qui fuerint ii Boecleri amici, dicere prætermisit Gryphius: unum autem eorum appellare ausim: monuit enim Capellanus Boeclerum in epistola, paucis post mortem Prioli mensibus data, ne majorem scriptis fidem adhiberet: « J'admire la fortune qu'a eue le libelle de Prioleau en vos quartiers, et l'ordre que le censeur de livres de Strasbourg a donné pour sa réimpression. Car il n'y a rien de si décrié parmi nous, soit pour l'impureté et l'irrégularité du style, soit pour les faussetés malignes dont il l'a rempli, soit pour la vanité ridicule et audacieuse avec laquelle ce fils d'un moine renié se veut faire croire descendu de l'illustre race des Prioli de Venise, se fondant sur je ne sais quelle conformité qui se rencontre entre ces noms, soit pour le sacrifice intéressé qu'il y fait au défunct cardinal de l'honneur de tous les grands, et de tous les ordres de France, sans pudeur, sans conscience, et même sans art[2]. »

At enim severiores fuere in æstimanda Prioli veracitate Gryphius Capellanusque. Esto : expendamus igitur ex ipsa ejus historia an fuerit merito inimicorum obtrectationibus obnoxius. Quid autem putandum de comparatione Richelii cum Mazarino, ab eo in primo libro audacter instituta, in qua ita ponitur quæstio ut prior a posteriore

[1] Seb. Gryphius (*Dissertat. Isagog. de scriptoribus historiarum XVII sæculi illustrantibns* p. 228). Hunc citat Camusat (*Hist. critique des Journaux*, t. I, p. 264).

[2] *Lettres de Chapelain*, t. II, let. CCCLXXI, à M. Bœclerus, premier professeur en histoire et éloquence à Strasbourg, de Paris le 5 oct. 1668

In epistola ad ducem Longavillæum (t. II, lett. XLV de Paris, 4 août 1662). Capellanus eadem de Priolo expresserat. « Ce qui m'a confirmé dans cette opinion, c'est celle qu'ont les habiles gens sur cet écrit qui mourra de lui-même par la mercenaire flatterie qui l'a fait concevoir et l'impudente satire dont il est rempli contre tous les ordres de l'État laquelle découvre une partialité très intéressée en lui qui, revêtant la qualité d'historien, ne devrait avoir rien en plus grande recommandation que la sage indifférence. »

vinci videatur : quid de his verbis ? « Utrique eadem dignitas in Ecclesiâ : utrique genus illustre, ætas, eloquentia fuere, magnitudo animi par, item gloria, sed alia alii.» Concedo dignitatem et ætatem : nego autem cetera. Inter omnia, quid genus illustre Mazarini impudenter jactanti respondendum ? An sincerior haberi potest, dum contendit Richelium inter bellorum flammas, casuum incertum obiisse, at Mazarinum pace parta, securum fati defunctum esse ? Quem enim fugit a Mazarino hereditatem, ut ita dicam, Richelianorum consiliorum bellorumque ita exceptam esse, ut tantummodo morte Richelii Mazarinus creverit ? Quibus tamen scriptis, Priolus paulo post non adjicere dubitat : « Tanta vis est veritatis ut nequeam magni viri laudes tacere ignavus, sed eas cogar invitus fausta prosequi æstimatione, campo adulatorio aliis relicto [1]. » Nil potuit dici mendacius : quæsiverim enim an et invitus Priolus a cardinale largitionem annuam acceperit. De aliis historiæ libris idem, quod attinet ad Mazarinum, fere dicendum ; in secundi fronte hæc inscribuntur : « Gesta domi militiæque continet per felix quinquennium, prudenti si unquam regimine, ab anno 1643 quo obiit Ludovicus ad annum 1648 quo cœpti, pessimis avibus, motus civiles [2]. » Alio in loco, de eadem ætate : « Fuit, si unquam, Gallia prudenter recta [3] ». Aut longius : « Nil felicius illius ævi Lutetia [4].» Aut etiam de Mazarino : « Singulis horis ad aures admittere, remoto omni tetrico admissionali : nullum finem sermoni facere, sed pudorem admis-

[1] Priolus, I, p. 42.
[2] Id., II, p. 1.
[3] Id., II, p. 36.
[4] Id., II, p. 56. Addit etiam « nulla suscipionum ægritudine aulæ sereno violato ».

sorum : sejuncta ab omni calumnia viri gloria[1]. » Quæ si apud Priolum legas, omissis admodum factionum conatibus, innumeris vectigalium exactionibus, plebeiisque calamitatibus, quibus ex causis non derepentino motu, sed sensim et pedetentim orta sit Funda ægre intelligas. Imo etiam de insatiabili qua urebatur Mazarinus divitiarum cupidine et innumeris ejus opibus aut silet noster aut falsa enarrat, ut in undecimo libro : « Opes reliquit speciosas, potuit immensas, patente ærario, quod non malis artibus, sed accurato regimini tribuendum[2]. » Equidem non Priolum incusaverim quod cardinalem, maximis sane laudibus dignum, maxime laudaverit[3]: utinam autem in re mensuram et modum servare calluerit! Nempe ipse, in his aliisque scribendis, oblitus est quæ Colbertum, in epistola quadam, moneret : « Je vous supplie très humblement de me laisser faire, c'est-à-dire que j'aie ma liberté tout entière, et que je n'aie point à faire un éloge, un panégyric ou une oraison funèbre. Que je fasse voir les actions adroitement descriptes et fortement représentées. Davila était passionné pour le duc de Parme, et jamais il ne le loue, mais il fait voir si clairement que c'était un grand personnage, que toute la postérité l'admire par la seule relation de Davila. Voilà comme il faut en user et ne tomber point en de viles exagérations qui seraient sifflées et moi aussi. Je tournerai l'affaire de telle façon qu'elle sera à la

[1] Priolus, II, p. 57.

[2] Id. XI, p. 20. Cf. quoque quæ Priolus de neptibus cardinalis dixit. « Nullo alio consilio neptes elocandas statuebat quam Galliæ incolumitatis respectu et ut publicæ quieti potius quam privatis commodis consuleret, convenientiora Romæ aut per Italiam quam in Gallia consecuturus. » (IV, p. 3.)

[3] Laudat quoque Priolus, ultra modum, cardinalem ob bibliothecam Mazarineam. « Mazarinus, ne bella tantum curare videretur, in gratiam litteratorum instruxit bibliothecam libris per multa secula legendis, inter quos nullus erit illustrior quam qui gesta viri continebit. » (II, p. 54.)

gloire de qui l'a méritée. Je suis persuadé qu'en usant de la sorte je dis la vérité. C'est beaucoup : car certainement ç'a été un très grand homme[1]. » Eo magis Priolus propter nimiam in Mazarinum gratiam vituperandus quo minus in benevolentiam erga alios homines natura animi propria et ipso ingenii tenore proclivis esse videatur. Quantum fuerit acer et mordax, dummodo quemquam impune lædere posset, ex ejus historia passim et epistolis suspicari libet : profitebatur ipse sale et aceto scripta sua necessario indigere : « Je pourrais faire imprimer ce que j'ai déjà fait, mais comme je ne pardonne à personne, je m'attirerai le courroux de beaucoup de gens qualifiés, et si j'ôte ce sel et ce vinaigre, l'ouvrage n'aura plus de grâce. Voilà ce qui me donne de la peine[2]. » Rhodius asseverat eum fuisse moribus blandum, beneficiorum memorem, injuriæ non itidem : quæ autem optimo et item credulissimo Rhodio fides sit habenda, jam satis superque demonstravimus. Adeo enim fuit beneficiorum memor Priolus, ut Longavillæum ducem primo in libro historiæ, sibi tantummodo ob bene in se merita notum, gravissime offenderit[3]. Doluit injuria accepta Longavillæus, et audacissimo ingratissimoque scriptori nescio quædam minatus est : quo audito, Priolus, periculi imminentis anxius, iram ducis demissa epistola deprecari conatus est : de qua optime ad Longavillæum sic locutus est Capellanus. « Quant à la communication qu'il

1 *Lett. inéd.*, VII, p. 13.

2 Ibid., III, p. 6. Cf. Lenglet Dufresnoy, *Méthode*, etc., IV, p. 106. « C'est un auteur satyrique et qui manque souvent de jugement. »

3 Priolus, I, p. 21, 22. Longavillæus obiit tantum duodevicesimo die mensis maii anno 1663, ut constat ex litteris Patini : « Monsieur de Longueville est mort à Rouen ex duplici quidem febre tertiana et duabus dosibus vini antimonialis emetici, verius enetici, cum tot homines enecet. » *Lettres de Guy Patin.* Ed. 1691. Cologne, chez Pierre du Laurens. T. II, p. 555. *Lettre* CCXCI, du 18 mai 1663.

vous a plu de me donner de la lettre du sieur Prioleau, et à l'ordre de vous mander mes sentiments sur ce qu'elle contient pour sa défense, et si je juge qu'il lui faille répondre ou ne répondre pas, ou lui faire parler sans lui écrire, je sens comme je dois, Monseigneur, la confiance que vous prenez en ma fidélité et en ma sincérité. A quoi, pour satisfaire, je dirai à V. A. qu'encore je m'explique mal volontiers au désavantage de personne, je ne puis néanmoins manquer sur des ordres si précis de vous dire que tout ce que cet homme allègue pour se disculper est illusoire et insoutenable, et qu'en cela il n'a cherché qu'une couleur telle quelle pour éblouir V. A., s'il pouvait, et pour éviter les premiers mouvements de votre colère, dans l'espérance que le temps y apporterait quelque adoucissement. En quoi, Monseigneur, je trouve d'un côté qu'en ce qu'il nie d'avoir eu mauvaise intention dans ce qu'il a écrit de vous, il reconnaît que s'il l'avait eue, il serait très coupable, et d'autre côté que sa mauvaise intention étant claire comme le jour, c'est aggraver l'offense que de prétendre vous la faire passer en obligation, afin de vous faire débiter après cela pour une personne facile à duper et d'une petite intelligence. » Inde, in eadem epistola, quæ Priolus sese in gratiam Longavillæi scripsisse finxerat, accuratissime discutit, et insuper, demonstrata ejus mala fide et impudentia, quædam adjicit, probum virum vere spirantia : « Ainsi, Monseigneur, je ne puis me figurer autre chose, sinon qu'il a voulu outrager V. A. de propos délibéré, et en cela je ne fais que suivre l'opinion générale. Je n'estime pas pourtant qu'elle doive changer la résolution qu'elle avait prise de mépriser cet attentat, comme fait par un homme de trop petite étoffe et trop décrié pour être capable de vous nuire, et pour mériter

votre colère et vos ressentiments... Je me garderais donc bien de m'abaisser jusqu'à lui répondre ni à lui faire parler. Il ne serait nullement de votre dignité, et vain comme il l'est, il le ferait passer pour une recherche. Que si on lui parlait en une offense aussi qualifiée que celle-là sans l'en payer en même temps, ce serait le traiter d'égal avec grande diminution de votre gloire. De le punir par main mise, cela n'est pas de votre modération et de la hauteur de votre courage. Je le punirais par le mépris. J'en parlerais comme d'un ingrat insensé, lorsque je serais contraint d'en parler, et n'en parlerais pourtant que par force. Le procédé lui laisserait la crainte qu'il a du châtiment sans vous engager à rien, et vous laisserait toujours en état d'en user d'autre sorte selon le temps et la raison. Pour habitude avec lui, je n'en ai aucune, et ai toujours fui d'en avoir, sachant de tout temps, par des témoins irréprochables, combien dangereuse est sa connaissance à un homme qui fait profession d'aimer l'honneur et la vertu[1]. » Quum consilio Capellani admodum assensisset Longavillæus, ei ab eodem quatuor post diebus redditæ sunt litteræ : « Monseigneur, j'estime bons mes sentiments sur les intentions du sieur Prioleau, et sur le parti qu'avait à prendre votre Altesse dans cette rencontre, seulement à cause qu'ils sont approuvés d'elle, et qu'elle s'est affermie dans le dessein d'y accommoder les siens. Comme il n'y eut jamais de si grande insolence mêlée avec une si grande ingratitude, si c'eût été une personne moins vile et moins ruinée de réputation qui eût rien attenté de pareil, le ressentiment en eût dû être proportionné à la condition du coupable, et l'on n'eût pu raisonnablement

[1] *Lettres de Chapelain*, t. II, CXLIV. De Paris, 1er août 1662.

laisser l'injure sans en tirer satisfaction, mais cet homme étant aussi prostitué qu'il est et couvert d'autant d'infamies que chacun sait, Votre Altesse ne pouvait, à mon avis, rien faire de mieux que de croire la vengeance de son crime au-dessous d'elle, que de l'abandonner à ses remords, et que de mépriser l'offense qui venait d'un lieu trop bas pour s'élever jusqu'à elle[1].»

Hæc, licet fortassis longiora, prolixe hic memoravimus ut Priolum, ex æqualium sententia non eadem erga omnes ac Mazarinum benevolentia aut potius humilitate usum esse, manifeste pateret. Item ex iisdem litteris constat eum, non obstante Colberti et Lionei gratia, apud probos viros minimi habitum esse : quo sine controversia æquius nihil reperiri potuit. Quod ad Longavillæum spectat, Mihi Priolus potius ingrati quam mendacis et calumniantis animi crimine posse damnari videtur. Quæ enim nisi vera et ab omnibus ejusdem ætatis scriptoribus jactata de Longavillæo prædicavit? « Longavillæus, inquit, Condæi gener Condæana rate navigabat, omnibus tamen se immiscens, nulli addictus nisi qui præpolleret, ferre jugum cum sociis dolosus[2]. » Porro eadem, diffusius explicata, in codicibus Mazarini quibus magnopere de duce cardinalis conquestus est, invenias. « M. de Longueville a oublié ce qu'il m'a fait dire par la Croysette, dans le temps que M. le prince s'était mêlé pour lui faire donner contentement sur les grâces qu'il demandait, lesquelles étaient assez considérables... Voilà comment M. de Longueville en a usé : il n'est presque pas encore en possession des grâces que la reine lui a faites,

[1] *Lettres de Chapelain*, t. II, CXLV, de Paris le 4 août 1662.
[2] Priolus, I, p. 21.

et au lieu de lui témoigner sa reconnaissance dans les désordres arrivés, il a cru que le temps était venu pour obtenir tout ce qu'il lui tomberait dans l'esprit de demander[1].» Non aliter de duce Rezius, Mottavillæa, Brienna loquuntur[2]. Graviora autem Priolus, in primo Historiæ libro, superaddit. « A morte regis propositum quidquid munitum in Neustria in potestatem suam transferre, præsertim Havræm arcem quo securus adversus Neustrios, adversus reges illo in portu se jactaret. » Neque hæc a veritate multum abesse videntur : dicebatur vulgo in aulâ a Longavillæo nomen et titulum ducis Normanniæ inquiete ambiri[3]: quod minime reginam fefellerat. Itaque multa ab ea in ducem, Funda incipiente, primis in diebus januarii anni 1649, postquam Parisios discesserat, amare et iracunde sunt conjecta, utpote qui semper omnibus partibus, vel Richelio Galliam ministrante, adhæsisset[4]. Sed de Longavillæo de quo jam supra, in secundo nostro libro, dictum est, hactenus. Quod autem ad Condæum et Longavillæam attinet, quibus simul ac duci Longavillæo insidiabatur, ut antea demonstravimus, Priolus citra fraudem quoque stetisse mihi videtur. Unius quum virtutem in dimicando, constantiam etiamque modestiam extollit, tum levitatem, imprudentiam, nimiamque in bellis civilibus confidentiam damnat : alteram quod sese inconsulto partibus inseruerit severissime criminatur. Quod si quæ passim de Condæo aut ejus sorore colligas, vivide et alacriter, et quod majus haben-

[1] *Carnets de Mazarin*, publié par M. Chéruel. *Hist. de France pendant la minorité de Louis XIV*, t. III, App. I, p. 404, 406.
[2] Retz, *Mémoires* coll. Petitot, t. XLIV, p. 277, 297, 310. T. XLV, p. 18. Motteville (coll. Petitot), XXXVII, p. 214. *Mémoires du comte de Brienne*. (coll. Petitot), t. XXXVI, p. 138, 139.
[3] Motteville, XXXVIII, p. 359.
[4] Montglat (coll. Petitot), L, p. 148.

dum, veraciter ab eo expressam esse amborum imaginem confitearis. Quid enim moderatius, quid justius his propter Nordlingam pugnam scriptis : « Nihil urbem, præter Enguianum sonare, ingentia ejus animi bona, illam indolem qua magnos duces ea ætate antecessit, in subeundis periculis constantiam, in rebus moliendis efficiendisque velocitatem, in deditos fidem, in captivos clementiam, in voluptatibus etiam permissis temperantiam. Hæc omnia invidi fœdari vulgabant, magistellis vilibus auscultando, scurrilibus conviviis indulgendo, probos et graves irridendo sarcasmis, parcimonia plus quam paterna : tales inconsultæ fuere nonnullorum voces. Creditum sapientioribus successus acervatos causas fuisse omnium malorum quæ postea secuta ejus magno damno : adulationibus corrupta principis mente, qui sibi nimium fidens et falsis consiliis omnia patratis deberi ac nihil posse sibi negari arbitratus est [1].» Quam prudenter hic Condæum carpserit Priolus, manifeste apparet, in ore inconsultorum hominum quæ in principem vulgo ferebantur, ponendo[2]. Alio in libro, ubi de Antoniano prælio agitur, quantum hic principis virtutes eminuerint delicatissime notat. « In hoc Antoniano se ipso major fuit, nescias utrum magis mireris aut cum periculorum excessit modum aut cum debitis laudibus sibi temperavit. Hic respuere applausus, nec suos labores agnoscere, sine fine æstimare alienos, dissimilis bellator et victor [3]. » In Longavillæam minus indulgens, nec immerito, visus est : itaque de ea dura quidem, quis

[1] Priolus, II, p. 28, 29.

[2] Cf. *Lett. inéd.*, III, 7. « Il faut chercher quelque tempérament qui est de voir diverses pièces par cy par là comme celle que je vous ai envoyée de M. le Prince : il n'y a personne d'offensé. »

[3] Priolus, VII, p. 90.

negarit vera, in secundo libro dixit : « Damnatus Collinius quod imparem congressum affectarit, impulsu feminæ, quæ tantillo sanguine fuso haud contenta, Galliam post modum civili cruore, quod potuit, respersit. » Item, alio in loco : « Turbida gratuito ex motu nihil sperare præter motum[1]. »

Hæc sunt quæ in Longavillæum, uxoremque ejus et principem Condæum magis, ut opinor, veri reverentia quam in Mazarinum Colbertumque obsequio jactabat. Alia autem sunt in ejus historia in quibus potius hominem iracundum, malevolum, nescio quibus odiis intus reconditis ferventem quam æqui servantissimum scriptorem deprehendas : inter quæ in primis quæ in clericorum gentem non pauca ingesserit, ponam. In quo eum quondam huguenoticum fuisse meminisse oportet ; itaque veteris forsitan in eo suberant flammæ vestigia, licet hic et illic, præsertim in primo libro, in novatores intonuerit, neque diu duraturam hanc religionem false prædixerit[2]. Quæ quum ita sint, constat ex Rhodio ipso eum inexpiabili odio in clerum et præter omnia in theologos flagrasse[3].

[1] Priolus, III, p. 27. Multa sane ex Condæana domo quam sæpe adibat Priolus audierat. Exempli gratia, fideliter ab eo relata sunt quæ Enguianus dux noctu ante prælium Rocroïcum fecerit. Constat Enguianum ne una quidem hora dormivisse. II, p. 5. « Ipse (id est Enguianus), inquit Priolus, nec quietem pati nec gravatum corpus somno levare. »

[2] Priolus, I, p. 28. De Rupella quæ in regis obsequium redierat dixit noster : « Hoc huguenoticum, rebus arduis non deserere fidem, VI, p. 67.

[3] Rhodius, p. 5. « Justitiæ et æqui servantissimus, religionis parum quæ quidem in externis actibus versatur. » In epistola ad Venetos, eos Priolus laudat quod æstimant « pravas opiniones spatiis temporum debellari, non vi atque imperio eorum qui ministerio sacro allecti omnia asperant et ex eo nihil præter nomen et reditus retinent ». Nihilominus prodigia extra ordinem naturæ et præsagia posse fieri credebat : confer quæ de Nordlingenia pugna dicit II, p. 26. « Sed quid dicam de præsaga mortalium mente. Nam Lutetiæ ante pugnam publicata victoria nec imminentia destinatæ sortis latuere. » Cf. quoque VI, p. 64, IX, p. 124.

Hos sine fine in historia nunc vellicat, nunc durius aggreditur, carpit, lædit, vulnerat : quam amara enim de Casimiro, Poloniæ principe, qui Loyolita factus erat : « Laudatus a summo pontifice qui ejusmodi mutationibus, etsi morbos animi denuntient, semper velificat, via, ut dicitur, ad melius regnum sic ostensa[1]. » Quam acerba de iis qui devoti fiunt, desperatis rebus. « Inolevit id moris ab aliquot annis apud Gallos ut quibus non succedunt destinata numini se addicant. Devoti vulgariter dicuntur, vitiorum dissimulatione, vitiosi qui amurca vitæ Deo litant[2]. » Adjice his quæ sequuntur, jansenismum singulariter spirantia : « Non potest satis laudari senatus parisiensis qui contra Ecclesiasticas alluviones audacter semper insurgit ac reprimit ne ultra laxentur philacteres : Gallis senatoribus et Venetis exceptis, reliquus orbis vanæ superstitioni succumbit [3]. » Fit etiam in his ut calumnia non abstineat : postquam, ut exemplo utar, scorta et lenarum genus ab urbe esse pulsum narravit. « Quidam, inquit maligne, afferunt non paucos sacris addictos ingemuisse tantæ tetricitati[4]. »

Concludendum ex his quæ vicissim consideravimus, Priolum, ingenio suopte recto ductum et maxima rerum experientia subnixum, fuisse in judicando fere semper æquum et veracem, dummodo ne æquitatem et veritatem ab utilitatibus suis privatisve amicitiis aut odiis dissentire arbitraretur : in quo eum, ut jam supra diximus, po-

[1] Priolus, II, p. 16.
[2] Id., VIII, p. 105.
[3] Id., VI, p. 25.
[4] Id., II, p. 51. Cf. Argumentum historiæ Prioli. « Procul tetrici et morosi, imo devoti. Cf. quoque II, p. 18, de Palavicino. « Cervice cæsa, Avenione exemplum fuit quam intutum sit, etiam veracibus scriptis, Romana lacessere. »

tius fuisse commentariorum auctorem quam historicum neminem fugiet. Nunc nobis alia ex parte an fuerit rerum prorsus fidelis et certus narrator, expendendum. Ut autem id perficiamus, jam plerisque in locis secundi hujus libelli capitis, quotiescunque de Priolo rebusque quibus testis adfuerat agebatur, indicatum, succurrit nobis opus quoddam, sub fine millesimi et septingentesimi sæculi in lucem prolatum et titulo sic inscriptum : « *L'histoire du cardinal Mazarin*, par M. Aubéry, avocat au Parlement et aux Conseils du Roi. A Paris, chez Denys Thierry, 1698. Avec privilège du Roy.» Albericus (Aubéry) enim historia Prioli duce, ut ita dicam, magistra sibi vindicata, fere in calcibus nostri hominis continuo instat, modo neglecta ab eo aut omissa, aut maledicta criminatus, modo probe et recte narrata ex exemplo Prioli in libro suo ipse exsecutus. Ut a principio ambarum historiarum exordiamur, Priolum sine controversia ne nomine quidem ejus citato Albericus incusat quod a Ludovico Tertio Decimo pugnam Rocroïcam prædictam esse sustinuerit. « Le jour de la bataille fut constamment le 19 may, cinq jours après la mort de Louis XIII, de sorte que je ne puis comprendre comment on a osé publier que le feu Roy se sentant proche de sa fin fit appeler à sa chambre les princes de son sang et les principaux seigneurs de sa cour, et que se tournant à l'improviste vers le prince de Condé, il lui dit : « Votre fils a battu les ennemis et remporté sur eux une signalée victoire [1]. » Dixerat enim Priolus de eodem Ludovico : « Condæum intuitus, Filius tuus, inquit, insignem victoriam reportavit... Id ante efflatam animam Ludovicus magis præsagium quam mentis alienatæ signum

[1] Aubéry, II, p. 164.

dedit[1]. » Quam absurde sibi ipsi in hoc Priolus contradixerit, manifeste patet : quod quidem Saint-Simon interpretari conatus est : de Priolo enim et Prioli narratione sic refert : « Dans les premières pages de son histoire qu'il commence à la mort de Louis XIII, et qu'il décrit courtement, mais avec des traits admirables pour ce prince, il rapporte un fait merveilleux, et qu'il était en situation d'avoir appris sur-le-champ de M. le prince lui-même et de M. de Longueville. Parlant du roi qui mourut le lendemain, Condæum intuens, dit-il (l. Ier, p. 17), filius tuus, inquit, insignem victoriam reportavit ; comme les prophètes ce qui va arriver comme déjà passé. » Hæc, fateor, subtilissima : an autem ad veritatem appropinquarint, dubium. Malim ego aliud conjectare, rogaturus utrum verbum « reportavit » Prioli an typographi peccatum sit habendum. Porro legas, pro « reportavit » aliud vocabulum fere simile « reportabit » et inde fient omnia clariora. Assenserim potius alio in loco Alberico, ob relata a Priolo de Paulo Gondio ita loquente. « Au reste, s'il fallait en croire Priolo, la plus grande semence de divisions et de troubles aurait été la coadjutorerie de l'archevêché de Paris dont la Reine gratifia d'abord l'abbé de Raiz, neveu de l'archevêque. Ce fut là, dit-il, l'origine et la cause la plus constante de tous nos désordres et de tous nos maux[2]. Mais c'est apparemment en dire trop[3]. » Eo enim mirabiliora videntur de Raizio hæc Prioli verba quo magis in sequentibus historiæ libris eumdem virum neglexerit, de principum

[1] Priolus, I, p. 17.

[2] Id., II, p. 16. « Paulus Gondius, designatus archiepiscopus Parisiensis in Corinthiacum injungitur. Ille dies primus lethi et omnium malorum causa fuit. »

[3] Aubéry, III, p. 18[illegible].

factione unice fere sollicitus[1]. Quæ paulo ulterius de marescallo Gassioneo Priolus dixerit, partim confirmat, partim confutat Albericus. Eum ante omnia culpat quod ita de hoc fortissimo duce scripserit : « De Cromvelismo culpatus, tanquam cogitasset in Angliam trajicere ut tyranno se addiceret[2]. » — Adjicit enim. « A dire vray, cette accusation se trouvera destituée de toute apparence. Il n'y a pas jusqu'à la chronologie qui n'y répugne, Cromwell n'étant au plus tôt monté sur le trône qu'en 1649, et Gassion étant mort en 1647[3]. » Hic quidem Priolum adversus Albericum defendere ausim. Manifestum est sine controversia Cromwelum ad honores pæne regios tantummodo circiter annum 1649, post regis Caroli necem, pervenisse: animadvertendum tamen est eum ante hunc annum et præsertim ab anno 1646 potentissimum in Anglia fuisse. Nihil inde mirum si Gassioneus in Angliam trajicere cogitarit. Neque hæc prudentiam Mazarini fefellerant, ut ex codicibus constat[4]. Accepimus quoque ex Rupifocaldii et Monglatii commentariis hujus modi rumores vulgatos esse : dicebatur enim a Gassioneo imperium in Flandria, a regis dominatione admodum immune, esse ambitum[5]. Alioquin ab Alberico qua in scribendo Priolus peccaverit, mire signifi-

[1] Quod ad seditionem quæ mense augusti anni 1648 Parisiis mota est, hæc pauca de Gondio Priolus dixit « F. Paulus Gondius, archiepiscopus Parisiensis designatus, coadjutorem vulgo vocant, sacerdotii infulis decoratus, dignationem præ se ferens, per plateas conspicuus, voce et gestu plebem demulcebat, acturum se de postulatis, Regem neque gratiæ neque severitatis expertem. » Priolus, III, p. 20.

[2] Priolus, II, p. 49.

[3] Aubéry, IV, p. 379.

[4] Cf. quæ Mazarinus de marescallo Gassioneo inscripsit : « Il faudra le surveiller et s'assurer s'il ne cherche pas à se rendre chef du parti huguenot. » Chéruel *Hist. de la min. de Louis XIV*, I, p. 128. Cf. quoque Mᵉ de Motteville, XXXVII, p. 295.

[5] *La Rochefoucauld. Mém.*, coll. Petitot II, p. 444. Montglat, L, p. 73.

catum est, imprimis in ejus operis quarto libro ubi scriptum est de deliberatione quæ in Palatio Aureliani quinto die januarii 1649, paulo ante regis et aulæ fugam, habita fuit: « Sur quoi Priolo que je suis obligé de fois à autre de contredire, raisonne à son ordinaire plus qu'il ne raconte [1]. » Nec potuit pejus dici. Fuere enim duæ deliberationes habitæ, una quarto januarii die, quo discedendi necessitas a Parisiis patuit omnibus, altera autem, de qua Albericus loquitur, crastina die, qua per noctem fugere in palatio Aureliani decretum est. Priorem autem cum posteriore nequaquam confudisse mihi videtur Priolus, enumeratis enim duobus conciliis, citatisque eorum nominibus qui his adfuerant [2]. Inde, fateor, quæ in Priolum de hâc re Albericus graviter conjecerit, minime intelligo. Sunt autem alia in quibus nostri hominis sive fides sive scientia meritissimo fuerit reprehensa, ut quum lapide adamante Condæum a Mazarino moriente donatum esse asserit [3], sive affirmat cardinalem idibus martiis, eodem die quo Julius alter Romæ exspiraverat, obiisse [4]. Hæc quidem levissima; quotumquemque enim inter historicos, dico optimos, invenias, ab omni inscitiæ aut levitatis crimine admodum intactum. Idem dixerim de Baylii verbis, in Priolum vehementissime insurgentis, ob male de Guebriantia narrata [5]. Conceditur enim false a

[1] Aubéry, IV, p. 534.

[2] Priolus, III, p. 33. Hæc prior deliberatio habita fuit quarto die januarii. M. Chéruel (III, p. 136) de hac tantum loquitur, de posteriore dixisse contentus: « On convint, etc., » III, p. 138. Priolus scribit (III, p. 35): « Ac ne sermones mora sererentur, illo ipso die (quinto januarii 1649) in Palatio Aureliani decretum fuit clam discedere, concubio noctis linquere urbem vino et epulis sepultam. Præter Reginam et Mazarinum huic deliberationi assensere Aurelianus, Condæus, Meilleræus, Villaregius, Gramontius, Tellerius et Riverianus Abbas. »

[3] Priolus, XI, p. 21. Aubéry, t. II, l. VIII, p. 594.

[4] Priolus, XI, p. 22. Aubéry, t. II, l. VIII, p. 608.

[5] Bayle. *Dict. hist. et crit.*, II, p. 1322-1325. Sa négociation de Brisac n'a pas été bien narrée par Priolo et ce n'est pas la seule faute qu'il ait

Priolo scriptum esse de puella quam secum marescalla Brisacum, ut Charlovoium alliceret, adduxerat. « Puella amata illicium fuit cui invisendæ miser arce exit. » Quod autem ad mortem Guebriantiæ attinet, nusquam Priolus eam ante bellorum civilium finem obiisse, quod ei a Baylio objicitur, affirmavit : dixit obscure neque anno mortis clare determinato : « Guebriantia utrinque exosa, tædio et mærore vitam inquietam finivit. »

Quod si quæ supra diximus complectamur, Prioli fidem, utpote qui suo tempore acta narraverit, non infra justas leges stetisse fatendum erit. Quædam, quorum fuerat particeps, sincere et fere semper integre relata ; alia sive ficta, sive male cognita aut audita, et inde legentibus incuria potius et scribendi festinatione quam mendacii voluntaria affectatione tradita ; complura autem, memoria deficiente, prætermissa quum ipse dictatam fuisse inter ambulandum Historiam, ne litura quidem imperata, sit confessus[1]. Erraveris prorsus si, Prioli historiæ titulo nimium confisus, perpetuam rerum gestarum in Gallia narrationem ab excessu Ludovici XIII usque ad annum 1664 ab eo quæsieris : quod si nonnulla tantum de Fundæ discrimine et in primis de arcanis Mazarini cum principibus tractionibus, repetieris, argutum, rerum maxime conscium et etiam fidelem auctorem invenies.

Alia quoque in Priolo maxime laudanda. Quum fuerit perspicacior quam doctior, plura quidem aut nescit aut omittendo nescire videtur, ut quum de Parlamenti partibus pæne per totum opus sileat ; quæ autem profert, non

commise par rapport à cette dame. Il est vrai que ses mensonges sont capables de la préserver de quelques mauvais soupçons. » Cf. Priolus, VIII, p. 109, 110.

[1] Priolus Lectori, passim.

solum fideliter narrat, sed quid secum in futurum commodi aut detrimenti sint tractura, callidissime et justissime expendit. Fundæ levitatem et in patriam improbitatem non semel in historia merito notavit : præter quæ in gratiam Mazarini non inconsulto expressit, animadvertendum eum fere solum ex hujus ætatis scriptoribus quantum Gallia cardinali ob Monasteriensem et Osnabrugensem pacem deberet maxime significavisse. Hanc enim pacem in initio decimi libri scripsit fuisse, « Rem maxime memorabilem » et « arduum negotium quod frustra pugnantibus rationibus principum, tot conatibus irritis, studiis in contraria flagrantibus, Mazarinus feliciter perpetravit [1] ». Notavit et ipse primus inter omnes Priolus æs alienum quo plerique optimatum, incipiente Ludovici quarti decimi regno, flagrabant, fuisse partim belli civilis causam, utpote qui intelligeret quantum privatarum opum exscidium in reipublicæ tranquillitatem redundaret. Hæc enim sunt quæ sequuntur, historico vere digna. « Illud addendum exhaustas luxu familias, nomina facta, rem fidemque consumptam, patrimonii ruinas, nec sterili dignitate nec extortis ab aula beneficiis reparatas, domestici belli efficacem fuisse incentivam [2]. » Accidit autem ut Priolus, ingenii tenore naturaliter in nova et inaudita proclivi, ultra fas et modum proripiatur : ut quum contendit « Funditores dictos ita esse quod instar Davidis giganteam Mazarini magnitudinem prosternere decrevissent [3]. » In-

[1] Priolus X, p. 1 et 2. Cf. quoque quæ justissime dixit de arcibus quas optimates detinere studebant: V, p. 18. « Arces non tam firmæ compedes quam censent Galliæ primores : ad exiguum motum validæ, fragiles in magno : in finibus contra nos non spernendæ, sed in mediterraneis inutiles. »

[2] Id., II, p. 69.

[3] Id., III, p. 11. Adde quod de Fontano comite narrat qui in pugna Rocroïca sella gestatoria vectatus fuerat, non, ut creditur vulgo, ob morbum, at quod

terdum apud eum, licet digressiones odisse profiteatur, quædam singularia et nusquam alias legenda reperire est. De gemmis enim quas Mazarinus tantis sumptibus quæsierat, in secundo libro ita loquitur : « Nec prætereundæ gemmæ in quibus congerendis nescio an plus animi aut fortunæ fuerit : certe earum fama sparsa per remotas mundi plagas movit Magnum Mogorium, cui septentrionalis India paret, ut per mercatores hic evulgaret paratum se emere quidquid lapidis pretiosi Lutetiæ Agram asportaretur, postquam Mazarino esset abunde satisfactum : est illa tanti Dynastæ metropolis. » Adjicit etiam ad hæc quæ ad historiam commercii gallici cum Indis conferre possunt. « Confluxerunt hoc tempore non pauci ex nostris Agram et beati remearunt[1]. » His dictis, unum de Priolo, tanquam historico, dicam. Qualemcumque enim erga Mazarinum sive in agendo, sive in scribendo sese præbuerit, videtur fuisse per totam historiam patriæ amantissimus. Neque multum interdum abest ut ad eloquentiam assurgat noster, quotiescumque de Gallia et Galliæ rege, adhuc, per Fundæ tumultus, puerascente loquitur. Audiamus eum, in libri tertii principio : « Miserandum sui spectaculum Gallia præbebat. Hic Mazarinus, contra sævitiam fati assurgens, omni spe sua periclitatus est, ac totam vim imperii animo complexus, jus tenelli insontisque regis persecutus, quinquennii spatio, ferocissimis domitis, cuncta discordiis civilibus fessa, sub pacatam potestatem accepit[2]. » Graviora etiam ulterius et cive Gallico vere digna intonat, postquam Condeanum agmen Lutetiæ muros introisse post

jurejurando se obstrinxerat neque peditem se neque equitem adversus Gallos pugnaturum, II, p. 7.

[1] Priolus, II, p. 56.

[2] Id., III, p. 2.

Antonianum prælium narravit : « Quid crudelius in afflicta Urbe quam spectare Germanicas, Belgicas, et Lotharingas, strictis ensibus, quasi rege victo, oberrantes turmas, scortorum greges et scyticas mandras secum trahentes. Tamen inviso examini fuit assignata sedes per San Germano suburbio et Sequanæ adjacentia loca, Parisinis deliciis destinata : culta hæc miles Barbarus habuit, Villejuvivia, Vitriaca et alia depopulatus [1]. » Sciat se meruisse ut sibi multum ignosceretur, qui talia semel scripserit.

III

Quæ fuerit Prioli in scribenda historia ratio, quæ elocutio et styli figura, nunc videndum. In quo primum succurrit nobis Prioli ipsius auctoritas qui de se multis in locis, inprimis in epistolis ad Colbertum, magnifice pro more suo locutus est : « Je vous confesse que mon génie me pousse à la brièveté, et j'estime que ce n'est pas peu d'être clair et bref. Je tiens qu'un grand livre est un grand mal [2]. » Et alias : « Monsieur, je vous supplie que ma brièveté ne vous déplaise point [3]. » His conferenda quæ in historiæ præfatione declaravit : « Non me effundo in singulas narrationes : breviloquio forsan omnia complector, ideo repetitione opus et sæpius legendus sum. » In quo ceterum illi minime contradixerim. Si quis enim historiam ejus legerit, ejus brevem et concisam simul ac præclaram fuisse elocutionem confitebitur. Res enim aut homines vivide et strictim potius depingit quam narrat, imagines

[1] Priolus, VII, p. 90.
[2] Id., *Lett. inéd.* II, p. 3.
[3] *Ibid.*, III, p. 7.

personarum multiplicando, gravissima solum enumerando, minimis quidem utpote historico indignis, admodum neglectis. His addam, si licet, sententiarum pondus et judiciorum (quod jam supra demonstravimus) perspicacissimam et quibuscumque ab ambagibus, dummodo utilitatibus Prioli propriis consentiat, remotam veritatem. Quantum in hoc excelleret Priolus, reminiscebatur Capellanus ipse, licet hominem valde odisset, quum de eo ad ducem Longavillæum diceret, ut ei historia domus Longavillæorum quam dux conficere destinarât, committeretur : « S'il y a un homme en France capable de satisfaire à ces conditions par le zèle, par le sens et par l'élocution dans la langue qui est mère des autres, c'est sans doute celui (Prioleau) sur qui Votre Altesse a jeté les yeux[1].» Notaverim tamen aliud in quo Priolus a ceteris historicis dissentire mihi videtur. Inest enim in eo duplex, ut ita dicam, natura : hinc linguæ latinæ scientia stolide gloriabundus apparet, omnia a scriptoribus antiquis, non solum verborum compagem, sed etiam orationum formam sententiarumque delectum, acriore in veteres quam sapientiore pietate mutuatus : illinc autem, cum indole propria sua magis consentaneus, quæ latine scripturus, secundum Gallorum ingenium Gallice meditatur ; inventione fervens, imaginibus redundans, et sese in comparationes, interdum plebeias, fere semper vividas et acres effundens. Quotiescunque se veteribus arcte addicit, servili imitatione hebet noster : quid enim insipientius, quid in primis notius his, de Brousselii captivitate. « Heu mortalia ! mortales quid sumus ! Scena rerum, vana imago ! Quantis successibus Gallica gloria sese efferebat ! quam augusta temporis

[1] *Lettres de Chapelain*, t. II, lettre VI, du 14 janvier 1659.

species? quot decora rerum, domi militiæque[1]! » Quid ridiculius Chavignii oratione, Annam Austriacam, more antiquo, alloquentis. « Quo usque, inquit, Reginarum optima, degenerem togam et regnum senatus patiere? Ludovici manes, et Richelii nominis umbra, ubi estis[2]? » Quum autem Priolus, imitandi antiquitatem cura vacuus, alacritati naturæ et ingenii vigori habenas dat, modo in argutos sensus novasque opiniones effunditur, modo res gestas quasi in tabula depingit[3]. Audiamus eum de Parisiis vivide loquentem. « Sed quid est, quæret peregrinus aliquis, quod plebs, quod Urbs in hac parte vocatur : frequentia illa quæ Lutetiæ visitur, cui vix immensa tecta sufficiunt : maxima pars illius turbæ patria caret : incolæ exteri sunt. Jube hos omnes ad nomen citari et unde domo quisque sit pete. Videbis relictis sedibus venisse confertim in Urbem, quæ nulli se negans facta est totius terræ patria communis, per lutum illud scite mixtum, quia ibi ingentia præmia virtutibus, majora vitiis ponuntur[4]. » Jam supra descriptionem exercitus Condeani Parisios ingredientis citavimus : succurrit nobis alia ejusmodi pictura,

[1] Priolus, III, p. 15.

[2] Id., III, p. 12. Cf. quoque IV, p. 17, ubi de Burdigala dicitur « : Civitas procax, cum foris hostem non haberet, domi quærit, ac *instar Symplegadum* gaudet allidi, » aut II, p. 62 : « Sed ne ipse contra præscriptum meum *involvam me sensim vortici, cymba mea leget littus.* » Cf. quæ in ore militum, Condæum alloquentium ponit, rhetorum more (VI, p. 14) : — At vero militi, conspecto Condæo, elicitæ gaudio lacrimæ, salutationis nova exsultatione et contingendi cupiditate : « Videmus te, o princeps noster, salvum recipimus, ego tecum in Flandria, tecum in Germania, tecum in Hispania triumphavi ! Te duce, Danubii et Rheni agmina nostra percurrere ripas, quas admirationis fama conjunxisti. » Mitto autem stylum : videor mihi audire milites Napoleonem, ex insula Ilva redeuntem, acclamantes !

[3] Fit etiam aliquando ut duobus aut tribus verbis hominem expresse repræsentet, ut de Rocroïca Pugna, II, p. 6. « Enguianus dextra lævaque oculos vivaces circumferre, dubio eventu, pro victore se gerens, nusquam præcociori gaudio fortuna provocata. »

[4] Priolus, V, p. 72.

paulo tamen hilarior, in qua de Burdigalensium lætitia, post arcis expugnationem agitur : « Tormenta in Urbis Palatium advehuntur, plaudente non populo tantum, sed primoribus ad publicum gaudium unumquemque citantibus. Passim per plateas invocabatur lætitia. Faiardus consiliarius inter cœteros conspicuus divaricatis cruribus tormento inequitabat, hedera et pampino tempora incinctus, thyrsigeri Bacchi inverecunda assimilatione, ac vinum propinans, unicuique ministrabat[1]. » Fatendum est autem illum ita plerisque in locis historiæ comparatione abusum esse, ut non solum subtilis, sed obscurus, nodosusque et nimium ænigmatum amans videretur. Quantum hoc vitio semper laboraverit, epistolis demonstratum, in quibus quædam minime convenientia reperias, ut : « J'y trouve la tranquillité et le repos honnête hors des soins qu'il faut que j'aye chaque jour pour le domestique qui est le contrepoids qui tire en bas mon esprit, et les épines qui étouffent tout ce qui germe de plus relevé en mon âme[2]. » Aut etiam more magis plebeio : « Il n'est question que de graisser la poulie pour Monseigneur le duc Mazarin qui veut accoucher[3]. » Nec minus sordida in historia vocabula inveniuntur ; scribit enim Priolus in primi libri initio se res gestas narrare statuisse « ne per desidiam aut servilibus officiis in superiores exercendo et aulam lambendo inter tineas inertes obsequiosi Palatii ætatem agam[4] ». Pariter in eodem libro. « Interim ærarium a palatinis hirudinibus

[1] Priolus, IV, p. 37. Cf. IV, p. 17, de iisdem Burdigalensibus « vivacibus ingeniis quibus sine fine pruriunt pugni ».

[2] *Lett. inéd.*, III, p. 5.

[3] *Ibid.*, XIII, p. 21.

[4] Priolus, I, p. 1, 2. Cf. VI, p. 30. « Auctor igitur cardinalis ut omnia ondæo concederentur, amputata vel leviculæ offensæ ansa. »

expilabatur[1] » aut : « Exactores quamplurimi partizanos vocant, carcinomata generis humani[2]. » Longius enumerare quæ nimia scribendi et depingendi disquisitione, invita Minerva, scripserit : sufficiat hæc memoravisse quæ de Palatii Lutetiæ incendio, circa annum 1652, mense julii, dixerit : « Exstincta quidem fuit flamma, non sopita recordatio in animis æternum victura, et uterque princeps *non ædes urbis sed spes suas ussit*[3]. » Fit etiam ut sermo ejus cultu egere videatur : quid enim de his existimandum : « Cardinalis caput prætio taxatum, illud caput per quod Gallia super peregrinas gentes caput nuper extulerat[4]. » Accidit quoque aliquando ut inurbane et stupide jocetur, ut in secundo libro ubi de scortis Lutætia expulsis tractatur : de quibus verba in sacerdotum ore talia posuit « more inter veteres recepto, nullis sanctionibus libidinem feminarum fuisse coercitam : apud Græcos et Romanos licentia stupri ubique permissa, etiam a summo pontifice. *Nec reipublicæ unquam interfuisse quid faciat illa vel illa de cute sua*[5]. » Inhonesta quidem hæc et rustica, nonnulla tamen hujus generis apud Priolum reperienda, quum nemo sit eo in scribendo inæqualior.

De stylo autem ipso Prioli quid dicam, quum se ipse Priolus, ridicula vanitate tumens, optime latine loqui posse confideret, jactanterque in epistola ad Colbertum

[1] Priolus, I, p. 36.
[2] Id., I, p. 37.
[3] Id., VII, p. 94.
[4] Id., VII, p. 77.
[5] Id., II, p. 52. Vide quoque quæ in eodem loco sequuntur. Cf. quoque II, p. 59, quæ de Longavillæa aliisque feminis dicta sunt : « Ipsæ postea improsperis, ut fit, rebus, se prædamnantes, numini fidem obligarunt per religionis mendacem simulationem et fucosa superstitione : effetis vitiis janua clausa cum, speculo damnante, se putris senectus præcisa ejus sententia reformidat. »

exclamaret. « Je me suis bien examiné, et je suis certain que mon style répondra à la grandeur du sujet[1]. » Et alias : « Pour mon petit ouvrage, il sera bien reçu à cause du style[2]. » Inter æquales varie de latinitate Priolinæ historiæ judicatum. Accepimus a Priolo ipso, ut jam memoravimus, quæ sibi a Lugduno Batavorum Nicolaus Heinsius scripserat. « Tu instar chameleontis solus potes in quemlibet scriptorem te transfigurare. Omne genus tibi scribitur[3]. » Dubium autem nobis utrum laudi an contumeliæ Prioli hæc Heinsii verba vertenda sint. Alii autem, nec immerito, severiores fuere. In diario enim dicto « *Journal des Savants* » abbas Gallois non minus vehementer ac lepide Priolum carpsit quod historiam in ambulando, ut ipse fassus erat, dictasset, et in primis quod ex centonibus apud Tacitum, et Senecam aliosque antiquitatis scriptores expilatis opus composuisset[4]. Eadem sensisse videntur complures ejusdem fere ætatis auctores, ut Wicquefort, apud quem hæc leguntur. « Benjamin Priolo qui a écrit l'histoire de la minorité de Louis XIV en copiant Tacite en plusieurs endroits, et en imitant ce que celui-ci a de mauvais en d'autres, n'a pas acquis une

[1] *Lett. inéd.*, III, p. 6.
[2] *Lett. inéd.*, VII, p. 13.
[3] Ibid., III, p. 7, 8.
[4] Cf. *Le Journal des Sçavants*, année 1666, lundi, 22 février, p. 93, 94. « Que peut-on espérer d'une histoire que l'auteur a tellement négligée qu'il l'a dictée en se promenant et sans y avoir jamais rien changé ; mais ce qui pourrait en faire concevoir une plus mauvaise opinion, c'est que dans la même épître au lecteur, il reconnaît qu'il n'a jamais appris ce que c'est que la pureté de la langue latine... Mais quoiqu'on doive croire les auteurs, quand ils en usent avec autant de bonne foi que M. Priolo, néanmoins son style n'est pas tout à fait aussi mauvais qu'il le pense. Car son histoire n'est presque qu'un tissu de phrases tirées de Tacite, de Sénèque et d'autres anciens auteurs, et on y trouve quelquefois des expressions ingénieuses dont cet auteur n'est redevable qu'à lui-même. »

si grande réputation que l'abbé Vittorio Siri[1]. » Aut Morhof « Benjamin Priolus, inquit, qui historiam Gallicam ab excessu Ludovici XIII scripsit in appendice istius libri promisit judicia de scriptoribus græcis et latinis. Verum quæ judicia exspectanda ab homine qui ipse exiguo judicio præditus, in amplissimo suo argumento inepte versatur. Nihil est enim ista historia, si dictionem, si argumentum videas, quod placere doctis possit. Ridicula plane illa operi subjuncta epistola vel excusatoria vel defensoria. Quam stulta illa Lipsiani styli affectatio: ac passim occurrunt e Lipsii politicis et aliunde consuti centones[2].» Alludit enim Morhof epistolæ, operi Prioli præpositæ, in qua auctor inimicorum contumeliis superbe et impudenter responderat : « Etsi, inquit, nullas scolas nec Academias unquam viderim et nullo nisi me præceptore usus sim, nemo tamen me temere debet arbitrari, nisi latini sermonis bene peritus. Procul Tetrici et morosi, immo devoti[3]. » Adjicit autem vehementer nec sine eloquentia quadam, jesuitam Cossartum, ut suspicari libet, aggressus : « Restant duo tela ; meum stilum abruptum, inæqualem, immo, ut verbis cujusdam scioli utar, nullum : scatere paginam centonibus et furtis. Scias, o blenne quisquis es, familiares mihi a puero antiquos scriptores, in aula et in castris aliquando lectos nunc sese offerre, non vocatos, et abhinc quadraginta annis ne quidem eos libasse... Quam indignor et colorem non teneo quasi inter stolidos Hermas nihil possim ex me ipso nisi mendicem et sim lacuna ex se arens, nisi alieno imbre impluatur. » Strenue hæc et

[1] Wicquefort l'*Ambassadeur*, t. I, p. 172.
[2] Morhof, *Polyhistor*, I, xvi, p. 176.
[3] Priolus lectori passim.

acriter dicta : constat tamen ex testimonio ipsius Prioli, eum multa a Tacito, ut opus conficeret, exhausisse. Appellarat enim in epistolis Tacitum magistrum suum : addiderat ea prorsus ad Colbertum : « Puisque c'est pour vous que l'ouvrage se compose, je m'accommoderai à votre sens qui est très exquis, et au lieu de Tacite, je peux imiter Tite-Live. Quelqu'un a dit de moi que mon stile était mitoyen entre ces deux-là [1]...» Multa quoque ex aliis, inprimis ex poetis, mutuatus est. Si quidem hæc sunt a Tacito deprompta. « Plenus erit hic liber cum quinque sequentibus variis casibus, atrox præliis, seditionibus discors. » Cetera furta quoque facillime agnoscas, ut a Virgilio « Ignavum pecus fucos a præsepibus arcent [2]».

« Ad nuptias etiam fraternas et non concessos hymenæos animo convolante [3]. »

« Hæc tam culta Barbarus miles derepente habuit : eo miseros cives discordia adigente [4]. »

« Statutum quidquid sit timendos Hispanos, dona etiam ferentes [5]. »

« Scinditur aula studia in contraria [6]. »

A Lucretio :

« Et quia famosa religio tantum potuit malorum suadere [7]. »

« Hæc me docuit a celsa mentis arce despicere errantes [8]. »

[1] Ex Rhodio accepimus quare tamen Priolus Tacitum Livio anteposuerit. « Titum, inquit, Livium inimitabilem prædicabat, ideoque desperans nobis posterisque Tacitum repræsentavit. »

[2] Priolus lectori, passim.

[3] Id., II, p. 17.

[4] Id., III, p. 45.

[5] Id., III, p. 59.

[6] Id., IV, p. 20.

[7] Id., I, p. 28.

[8] Id., Epistola duci et senatus Venetorum, passim.

Ab Horatio :

« Parcus deorum cultor[1]. »

« Cinerem passim spargere dolosum[2]. »

« Prosiliit unus cerebrosus[3]. »

Multaque alia quæ nunc evolvere longius. Quibus artibus in scribendo usus sit Priolus hisce exemplis jam satis superque indicavimus : quas minime ipse est in argumento ad lectorem infitiatus, dixisse contentus : « Sed hoc concedatur ignavo livori in hoc opere furta, centones esse, ut debent esse in desitâ linguâ; sed tentent illi ejusmodi centones, magno Virgilio a Faustino scurra exprobatos[4].» Esto : mittamus pannos quos hic et illic majore memoria quam arte Priolus una consuere aggressus est. Quam multa tamen in eo desideranda sunt ! Licet concisum scribendi genus hic et illic affectarit, potissimum in prolixas sententias quotiescunque occasio præbebatur, et sesquipedalia verba relabebatur ; utpote qui, ut ex Rhodio accepimus, Ciceroni Senecam, Virgilio Lucanum et Horatio Catullum anteponeret[5]. Ipse, in argumento ad lectorem, quantum sermonis simplicitatem et puritatem detestaretur luculente declaravit, singulari comparatione usus : « Quam, inquit, explosus qui apud Lacedæmonios in sponda cujusque lecti connubialis simulacrum apponi volebat, quo perfectius nihil posset aspici, ut maritarum menti insideret species pulchritudinis eximia, quam intuentes in eaque defixæ ad illius similitudinem artem dirigerent concipiendi. Prosiliit unus cerebrosus: « Simos,

1 Priolus, II, p. 13.
2 Id., II, p. 60.
3 Id., III, p. 21.
4 Id., lectori passim..
5 Rhodius, p. 4 et 5.

inquit, habui proavos et sima prole simum genus sum propagaturus. Nec patiar uxorem figurare sibi venerem et simulacro adulterari». Ego pariter insurgo et alta claraque voce ingero non me didicisse puritatem, me nescire periodos Academicas, hoc unum me scire pectus et vim mentis esse quæ disertos facit [1]. » Quod si, præter periodos, vocabula ipsa expendamus, agnoscemus Priolum in his eligendis non aliter ac in sermone componendo egisse et hinc quidquid purum, simplex, bonam latinitatem redolens respuisse aut a sensu avertisse, illinc autem sive nimia antiquitate squalentia, sive fere inaudita, sive tantum a quibusdam novissimæ ætatis scriptoribus, Frontone, Apuleio, Gellio, Macrobio, et etiam Fulgentio et Isidoro usurpata verba sibi vindicasse. Ex quibus hic nonnulla memoraverim, ut præclarius quibus vitiis in scribendo laboraverit Priolus pateat.

Inveniuntur enim inter multa quæ sequuntur sive ex pessimis scriptoribus exhausta, sive etiam barbarismi figuram affectantia :

Petaces (I, p. 36);
Œruscatores (I, p. 39);
Obstrigillaret (II, p. 11);
Velificat (pro velificatur) (II, p. 16);
Imperscrutabilem (II, p. 13);
Congeniculationes (II, p. 14);
Precunculis (II, p. 14);
Nepotago (II, p. 31);
Ascititia (III, p. 18);
Impremeditate (V, p. 65);
Philacteres (VI, p. 25);

[1] Priolus lectori passim.

Cheimelia (VI, p. 60);
Barbones-Barbonismus (VI, p. 52);
Agyrta (VII, p. 81);
Magnilitas (VII, p. 36).

Adjice, si vis : « *Amiralatus* (IV, p. 42), » Papisticos (II, p. 61), innumeraque alia verba plerumque in latinam linguam e Gallico sermone maxima audacia translatos. Idem dicendum de nominibus personarum aut urbium. Ut quibusdam exemplis utar, noster traducit vocabulum gallice dictum « Saint », sive in verbum « Divus », sive « Sanctus », sive etiam « San », ut San-Simonius (V, p. 27), San Maurius (VI, p. 37). Hic « Fuentès » appellatur Fontanonus comes (II, p. 4), illic Fontanus (II, p. 7). Fit ad litteram traductus : d'Estrades, Destradius (VI, p. 6); Cinq-Mars, Quinque Martius (I, p. 4), et quod magis irridendum, « Bar le Duc », latine Barri dux aut Barrum, fit apud Priolum : « *Bar le Ducus* » (V, p. 63).

Sed de hoc jam satis : concludendum nunc breviter, postquam longius forsitan vitam Prioli narravimus et ejus historiam pro viribus nostris explicavimus. Quod ad hominem attinet, quam parvi æstimandus nemini, ut opinor, dubium, quum fere per vitam omnem vilissimas proditoris et speculatoris partes, si non apud Rohannium ducem, saltem apud Longavillæum sine controversia expleverit : quo crimine eo minus elui potest quo erat magis doctrina et litteris instructus. Quod si ei excusatio quædam afferri debet, certe ex paupertate, qua semper laboravit, trahenda est. Constat quoque eum non solum eruditum sed naturali quadam ingenii alacritate et solertia fuisse præditum. Quod ad historiam ejus spectat, eam infra Prioli ipsius judicium, supra autem Capellani ceterorumque æqualium opinionem stetisse libenter crediderim. Qui eam legerit, certe

profecerit, licet in breviarii potius quam historiæ modum scriptam, multimodisque vitiis, stylo inæquali, nunc effuso nunc stricto, sententiisque inconsulto et jactanter expressis vocabulisque plerumque impuris scatentem. Docuit enim fideliter et luculente quæ fere solus ex Mazarini consiliis aut audiverat aut perceperat, non sine subtilitate quadam diversos Fundæ motus et arcanissima cardinalis proposita interpretatus. Itaque censeo eum nisi inter optimos, saltem, quod jam magni æstimandum, inter bonos et veraces hujus ætatis commentariorum scriptores jure adscribendum. Priolo nostro, primis quas sibi impudenter vindicabat destituto, secundas vel etiam tertias partes tenere sit satis!

VIDI AC PERLEGI :
Lutetiæ Parisiorum, in Sorbona, pridie Idus februar. ann. MDCCCLXXXIII,
Facultatis Litterarum in Academia Parisiensi Decanus,
A. HIMLY.

TYPIS MANDETUR :
Academiæ Parisiensis Rector,
GRÉARD.

INDEX

PRÆFATIO. 5-10

CAPUT I. — In quo narratur B. Prioli vita ab initio usque ad annum quo obiit dux Rohannius, Prioli patronus. 11-32

CAPUT II. — In quo demonstratur B. Priolum, dum duci Longavillæo, primum in conventu Monasteriensi, dein per Fundæ tumultus palam inserviret, Mazarino fuisse secreto addictum. 33-81

CAPUT III. — In quo de diversis B. Prioli operibus et inprimis de historia regiminis Mazarinei ab eo scripta disseritur. 82-129

LUGD. — EX TYPIS PITRAT, VIA GENTIL, 4